



## **Theologiae Moralis Super Decalogum Seu Decem Dei Praecepta Pars ...**

In II. III. IV. Præceptum De Juramentis, Votis, Observatione Festorum, & Jejuniorum, ac obligatione Pietatis & Observantiæ erga Majores: Charitate & Misericordia erga proximum. Pars III.

**Sporer, Patricius**

**Salisburgi, 1713**

Caput III. De Votorum, & Juramentorum deobligatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60022](#)

Sect. I. Votorum ac Juramentorum extincio. 313  
mutandi vota, ut prudenter relaxet, definiat ex ipsa  
experientia, utram nimis memoria voti nuncu-  
pati retraxerit pœnitentem à recidiva, nec ne. Si  
enim retraxit, non relaxet: si feciis, relaxet in no-  
mine Domini, quia votum istud, & nova obligatio  
nihil ipso proficit, nisi ad graviorem culpam.

## CAPUT III.

### De votorum, & juramentorum deobligatione.

**V**ota cessant obligare voventem generatim  
quatuor modis: extinctione, irritatione, di-  
spensatione, ac commutatione. Iisdemque omni-  
nō modis cessant obligare juramenta promissoria,  
sive absoluta; sive confirmatoria promissionis factæ  
Deo non item semper factæ homini, ut infra pate-  
bit; & insuper speciali modo sibi proprio, cessant  
per remissionem seu condonationem alterius, cui,  
vel in ejus commodum promissio jurata facta est,  
ut infra suo loco notabimus.

## SECTIO I.

### Votorum ac juramentorum extincio

#### SUMMARIUM.

1. Obligatio votorum, ac juramentorum extinguitur:
2. I. ablatione, vel mutatione notabilis ipsius materie: aut
3. II. finis principalis voti: aut
4. III. circumstantie per se principaliter intente:
5. IV. Aut alterius equivalentis ex improviso accidentis.
6. Talis autem mutatio; vel impedimentum occurens debet  
esse quid notabile; se tenens ex parte materie; non go-  
dantis tantum:

V. 5

7. 182.

7. Unde nullum incommodum, vel periculum, etiam liberat ab obligatione voti, si id fuit prævisum.  
 8. Si tamen talis mutatio, vel impedimentum sit perpetuum, obligatio omnino extinguitur, secus se tempore datum,

## ASSERTIO I.

**V**otorum, ac juramentorum obligatio exigitur seu exspirat, ablatione, seu notaria mutatione materie; aut finis principalis; aut causis circumstantia per se principaliter intenta uente, aut alterius equivalentis ex improviso dentis. Commuissima Sanch. l. 4. c. 2. a. Laym. l. 4. c. 8. n. 3.

## §. I.

*Ablatione, vel mutatione notabili ipsius materia.*

**V**t pote, si fiat ex possibili impossibilis; ex licita, illicita; ex bona, & meliori, indifferens, non bona, majoris boni impeditiva: idque vel toto, vel in parte per se divisim promissa. Uxori vovisti peregrinationem annuam, & jam senio effectus amplius perficere nequeas, aut si perficie justo officio satisfacere non possis, aliudve munus bonum omittere deberes: eo ipso extinguitur, se ipso cessat obligatio voti, vel pro semper, vel interim ad tempus, prout imponentia implendi perpetua, vel temporalis tantum fuerit. Exempla alia copiosè obvia sunt in superioribus, præfatis Sect. 2. c. preced. de materia mixta voti; quz vide, & refer.

## §. II.

## Aut finis principalis:

**C**essante enim fine principali voti, semper cessat <sup>3</sup> obligatio voti (itemque juramenti) non item cessante fine secundario tantum. *Communis DD. apud citt. E. g. Vivit quis, vel juravit quotidie Petro pauperi eleemosynam daturum ad sublevandam ejus inopiam, interim Petrus fit dives, vel non amplius eget tali ope, cessat tuum votum, quia cessat finis totus voti, qui erat sublevatio ejus inopiæ. Item vovisti certam eleemosynam dare Petro pauperi: si finis principalis tantum fuerit bonum seu sublevatio inopiæ istius in individuo pauperis, mortuo illo, obligatio voti cessat. At vero, si finis principalis illius eleemosynæ devotæ fuerit facere opus bonum in honorem DEI, & bonum animæ tuæ, & solum secundariò ob aliquam causam elegisti illum pauperem Petrum potius, quam aliū, mortuo, vel non egente amplius illo paupere, debetur eleemosyna alteri pauperi: eadem ratione, sicut in legatis docent *Bartholus*, aliique *Juristæ in Legem Pater. ff. de Legatis. 3.* Abbas, alii *Canonistæ in cap. Nos quidem de Testamento n. 14.* Atque in dubio hoc posterius præsumitur de tali intentione. Exemplum habes in *Jure c. magna de voto, & vari redemptione*. Episcopus Trecensis votum fecit peregrinationis Hierosolymitanæ simul animo obtinendi libertatem suæ Ecclesiae à comite Campaniæ ibi comorante. Ut autem mortuum illum Comitem esse perlatum fuit, nulla judicata fuit promissio. Pontifex tamen consultus votum tanquam non extin-*

316 Tratt. III. In II. Precept. Decal. Cap. III.  
tinctum commutavit in alia bona opera; èò, q  
finis impetrandi auxilii à comite non videbatu  
Ius principalis, sed etiam aliis ex motivo Religio  
& cultus exhibendi locis sacris; fortè etiam pa  
intentus indepedenter ab illo auxilio impetrar  
-at certe ita fecit Pontifex ad majorem confor  
securitatem: prout explicant DD. commun  
Smar. Sancb. Laym. lib. 4. tratt. 4. c. 8. n. 2.

§. III.

*Aut cujusvis circumstantiae per se principali  
intenta.*

**V**g. Vovit sœmina peregrinationem long  
quam, ut filio sanitatem impetreret, mo  
interim filio, cessat obligatio voti, quia illa circ  
stantia per se principaliter intenta fuit à votu  
Hucreter dicta omnia de voto conditionato. Iu  
votum factum ad tempus determinatum rati  
ipsius temporis, & ad finiendam obligationem,  
pote ob specialem respectum, & honorem talis te  
poris, vel diei, elapsò illo die, vel tempore, ex  
guitur, & omnino cessat. Secùs est, si votum  
etum sit ad determinatum tempus, non ratione te  
poris, sed solum ratione voti implendi, atque  
non ultra deferendam executionem voti. Rati  
onem, & Exempla habes abundè cap. precep.  
3. §. 4.

§. IV.

*Aut alterius equivalentis ex improviso  
accidentis.*

**P**ro quibus omnibus esto Regula Generale  
Quotiescumque tanta intercedit mutatio, n

I. Cap. III.  
ra; eò, &  
videbatu  
voReligio  
è etiam pe  
imperat  
n confide  
commun  
n. 2.  
rincipia  
  
nem long  
ret, me  
a illa circ  
à vover  
tionato. I  
itum rati  
gationem.  
em talis te  
pore, ext  
si votum  
ratione te  
di, atque  
oti. . Ra  
orated. S  
  
aprovisi  
Generali  
nutatio, n  
vumq

Sect. I. Votorum ac Juramentorum extinctio. 317

vumque, ac improvisum impedimentum, vel accidens supervenit, quod si ab initio fuisse, voti va-  
lorem, & obligationem impeditusset; aut rationabi-  
liter præsumi posset voventis intentionem se ad talia  
non extendisse, sed sine dubio excepturum, vel ne-  
gaturum fuisse, si in mentem venisset, vel de eo in-  
terrogatus fuisse: aut denique tale quid occurrat,  
quod excusaret, & tolleret obligationem præcepti  
Ecclesiæ de tali re facienda; tunc etiam cessat, &  
extinguitur obligatio voti de ejusmodi re facienda.  
Communissima DD. Abbas in c. I. de voto, Sylve-  
ster, Angelus Azorius, aliisq; citt. Suar. l. 4. do  
voto c. 19. & optimè explicans Sanch. l. 4. c. 2. à  
n. 18. & ex eo Laym. cit. c. 8. n. 3. Sumitur ex  
L. Pluribus §. et si placeat ff. de verb. obligat. Ubi  
dicitur: *Obligatio extinguitur, si in eum casum in-  
ciderit, à quo incipere non potest.* Ratio fundamen-  
tal is est: quia in votis, alioquin strictè interpretan-  
dis, ista conditio semper intelligi debet: *In qua-  
rum est licitum, rationabile, & mortaliter possibile;*  
E. g. Vovisti Religionem Juvenis, & postea voti  
transgressor uxorem duxisti: éa mortuâ, in senectu-  
te tua, quando admodum difficilis, & insolitus vi-  
debitur ingressus Religionis, & maximè si Religio-  
ni ineptus, & inutilis factus, solutus eris à voio. Ita  
citati omnes. Vovisti magnam eleemosynam, Al-  
tare, Templum ædificare, &c. postea verò depau-  
ratus, aut gravem jacturam passus, votum tuum im-  
possible moraliter evadit, ut valdè difficulter ex-  
equi posses, &c. solutus eris, durante ea impossibi-  
litate: *Omnis. Vovisti certa jejunia, Sacra, peregrin-*  
atio,

318 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. III.  
nationes annuas, postea superveniente tanta infirmitate, senectute, gravi necessario labore, quo exsisteris ab obligatione præcepti Ecclesiæ de jejune vel Sacro audiendo, etiam excusaberis ab obligatione voti, durante tali impedimento. Vovisti jejunare singulis feriis sextis perpetuò, nihil cogit de Nativitate Domini, interdum in feriam sextam in dente; non teneris jejunare illa die occurrente Nativitatis; quia sic etiam permittit lex Ecclesie. Secùs eslet, si voves de eo cogitasses, & tamen solutè singulis feriis sextis jejunare vovisses; tamen enim etiam illum diem comprehendisses tuo voti contingit apud Fratres Minores; & ita infra libus alijs casibus resolvendum est. Revide et dicta supra de interpretatione voti. Porro tria observanda sunt.

6 I. Mutatio nomen illam, vel impedimentum currens debere esse quid notabile, tenens se ex parte materiæ, vel executionis voti, in ordine ad ipsius facultatem, vel vires voventis, & non tantum in ordine ad voluntatem; manente enim ipsa respectibili moraliter, regulariter semper manet obligatio, etiamsi voluntas mutata, vel pœnitentia tolleretur ab illa avertatur, v. g. Vovisti Castitatem, obedienciam in Religione, postea expertus dilectionem tuam in servanda Castitate, in obediendo, in Religionis austeritate, pœnitentiâ dulcedam voluntatem priuam retractas, & si hanc difficultatem, vel austeritatem à principio expertus fuisti, utique non vovisses: non obstante tali difficultate, manes voto obligatus: quia mutatio illa

. Cap. III.  
tanta infim  
e, quo ex  
ia de jejun  
ab obligat  
Vovisti p  
nihil cogit  
sextam in  
curente m  
lex Eccles  
& tamen  
visses; t  
les tuo vo  
& ita in fa  
Revide et  
orrò tria  
mentum  
ens se ex p  
ine ad ip  
on tantum  
ipsa re pa  
ianet obli  
nitens tot  
titatem,  
spertus d  
in obedie  
entia ducl  
anc diffi  
errus funi  
li difficul  
tio illa, &  
**Sect. I. Votorum ac Juramentorum extinctio. 319.**

difficultas nova non est in ordine ad potestatem, sed tantum in ordine ad voluntatem voventis: quæ si sufficeret ad extinguendam obligationem voti, vel alterius promissionis, nullum erit firmum votum, vel promissio, cuius obligatio, mutata voluntate voventis, vel promittentis, non facillimè eludi posset ob exiguae causas.

**II.** Nullum grave incommodum, vel periculum 7 etiam mortis liberat ab obligatione voti si tale incomodum, vel periculum prævisum fuit, vel ut rationabiliter subeundum prævideri potuit, ac debuit; quia tunc est virtualiter intentum. V. g. Vovit quis servire certis infirmis in nosocomio, etiamsi timeatur contagio aveniente peste, & immineat periculum mortis, non liberatur à voto; quia tale periculum ejusmodi obsequia per se comitari solutum prævidit, vel prævidere debuit. Unde & quidam dicunt votum Carthusianorum abstinenti à carnibus obligare etiam in periculo mortis, quia eam obligationem, & periculum prævidere possunt.

**III.** Considerandum est, an impedimentum 8 vel mutatio talis circa materiam, vel circumstanciam voti sit perpetuum, vel temporale tantum. Si enim perpetuum impedimentum fuerit, extinguitur omnino, & tollitur obligatio. Si verò temporale tantum, vel ad tempus certum duraturum, non extinguitur omnino obligatio voti, sed tantum suspenditur, & cessat pro eo tempore, quo durat impedimentum, quo cessante reviviscit obligatio. Expressè c. Quo super §. Unde credimus distin.

320 Tract. III. In II. Præcept. Decal. Cap. III.  
distinguendum, de voto, &c. V. g. Qui vo  
eleemosynam, Altare, Lampadem, peregrina  
tionem, &c. postea in paupertatem incidit, ca  
pro eo tempore obligatio voti: at redeunte medi  
ri fortuna, redibit etiam obligatio. Quod en  
observatur in civilibus debitibus. Similiter, qui  
vit Religionem, & postea uxorum dixit, mor  
brevi conjuge, adhuc sanus, & valens, voto ob  
gatur. Ita in similibus.

## SECTIO II.

### Votorum, ac Juramentorum irritatio

#### S U M M A R I U M.

9. Usque ad n. 12. Votorum, ac juramentorum irritatio triplex.
12. Irritatio voti, vel juramenti quid?
13. Omnia vota Religiosorum, etiam Prelato non præ  
cantia irrita esse voluere Antiqui. Sed Verius?
14. Illatantum voto simplicia Religiosorum invalidas  
qua Superiorum præceptis præjudicant.
15. Non verò alia non præjudicantia.
16. Prælatus tamen seu Superior, etiam localis per se diri  
irritare potest ejusmodi vota:
18. Religiosorum scil. sibi actu voto obedientia subditorum  
non Nobitiorum, aut suorum ante professionem facta.
19. Quinam dicantur impuberet, minores, vel minorans  
Patrem vel Tutores,
20. Omnia vota impuberum per se directe irritari possunt  
Patrem vel Tutores,
21. Etiam post annos pubertatis, si pubes factus ea non  
firmavit, vel ratificavit.
23. Illa verò solum vota filiorum puberum post pubera  
missa à patre irritari possunt, quae ei in familia ad  
ministratio præjudicant.
24. Quæ patria potestas irritandi vota filiorum imp  
tum in defactu patris extenditur etiam. Ad Tutorum

Cap. III. Sect. II. Votorum & Juramentorum irritatio. 221

- Qui vo  
, peregr  
cidit, c  
leunte mel  
Quod en  
diliter, qui  
ixit, mor  
s, voto o  
irritati  
otum irri  
o non pre  
ratus?  
invalida  
is per se diri  
e subditaru  
onem fallit  
l minorens  
itari possit  
tus ea non in  
ofit pubertat  
familia ad  
iorum impo  
t. Ad Inform  
ad Moksl.  
ad Moksl. PARS III.
- ad Curatorem, 3. Abum, & 4. in horum defectu etiam ad matrem.
25. Quae & qualiter vota uxoris irritari possint a marito?
26. Et econtra vota mariti ab uxore?
27. Maritus non potest irritare votum uxoris de non petendo debito; bene verò uxor quandoque votum tale mariti.
28. Qua vota seruorum, & qualiter irritari possint a Dominis?
29. Quilibet habens potestatem irritandi vota, eadem denuo irritare potest: etiam jam post datam licentiam vobendi.
30. Imo, etiamsi licentiam vobendi dederit cum expressa promissione non irritandi vota permissa.
31. Peccat tamen saltem penitentialiter talis, si licentiam taliter datam sine causa revocet.
32. Quae vota sensel irritata, postquam vobens liberatus est a potestate irritantis rebibiscant, quae non?
33. Habens potestatem irritandi vota, quae & qualiter etiam possit irritare juramenta alterius sibi subsceti?

**V**otorum, ac juramentorum irritatio triplex distingui potest: *Intrinseca*, de jure naturali; *extrinseca*, de jure humano communi: *extrinseca* de jure personali. Irritatio *intrinseca*, & de jure naturali est, quando vota, vel juramenta sunt invalida, irrita, ac nulla ob defectum conditionis alicujus, essentialiter ad votum vel juramentum validum requisitæ: Ut, si vota, vel juramenta fierent absque debita deliberatione & voluntario, absque intentione obligandi, absque sufficienti materia: de quibus late c. I. & 2. Tunc enim talia vota ex natura sua *intrinseca*, & ipso jure naturæ essent irrita, & nulla. Et universaliter, sicut jure divino naturali valida sunt omnia vota, ac juramenta cuiusvis hominis.

THEOL. MOKSL. PARS III. X

minis

322 Tract. III. In II. Prosept. Decal. Cap. III.  
minis adulti ratione utentis cum debita deliberatione, intentione, & materia facta: ita jure divino naturali irrita, invalida, & nulla sunt omnia vota, juramenta puerorum, amentium, ebriorum, quorumvis sine debita deliberatione, vel intentione, vel materia facta. Quoad pueros autem nocendi communis Regula DD. vota, vel juramenta septimum annum aetatis completum facta consentur, nisi in raro casu probabilissimae consiliaz suadeant sufficientem rationis usum in ea etate non defuisse. At vero post septem completum emissum, presumuntur valida, quando ex parte voventis, nisi probabilia indicia ostendant, defuisse rationis discretionem: quod in sponsalibus locum habet, ut notat Sanch. de Matr. disp. 8. & 16. Verum de his nihil plius dicendum.

10. Votorum, ac juramentorum irritatio extrinseca jure communi dicitur, quando illa ipso facto irrita, invalida, & nulla ob defectum conditionis vel qualitatis solum lege Ecclesiastica requiri valorem voti, vel juramenti, quez alioquin ad eam, & valorem voti, vel juramenti, non referetur. Neque idcirco Ecclesiastica potest irritatio divino aliquid derogat: quia Deus non accepta vota, vel juramenta, que ab Ecclesia, ob justam causam infirmantur, vel irritantur: sicut etiam res tantum obligationem votorum, vel juramentorum in quibus Ecclesia ob justam causam dispensat: que vi promissionis a Christo factae Petrus Martini 16. *Quodcunq; solveris super terram*

*Sect. II. Votorum & Juramentorum irritatio. 323*

solutum & in cælis: ut optimè ostendit Suarez l. 5.  
c. 4. Hac ergo ratione, jure communi Ecclesiastico  
irrita, & invalida sunt vota solemnia, quæ ex gra-  
vi, & insulto metu fiunt, v. g. Religionis professio  
ab impuberibus facta. c. ad nostras. *De Regularibus*,  
c. 1. & 2. eod. in 6. c. 20. q. 2. Hodie vero post  
Concil. Trid. ff. 25. c. 15. *De Regularibus*: irrita  
est etiam professio, quæ sit ante decimum sextum  
ætatis annum completum, vel ante tempus annuæ  
probationis exactum, Similiter jure humano quo-  
dam contractus ita infirmari ob injuriam, vel tur-  
pitudinem contrahentis, vel ob detrimentum boni  
communis, ut nec accedente juramento valida fiant,  
jam explicatum est c. 1. sect. 2. *De materia juramen-*  
*ti.* Neque de his ergo aliquid amplius dicendum.

Votorum, ac juramentorum irritatio extrinse-  
ca, & de jure personali est, quando illa irritantur, &  
annullantur quatenus ea cedunt in præjudicium po-  
testatis alterius, qui dominativam, vel quasi domi-  
nativam potestatem habet in personam voventis,  
vel jurantis, vel in materiam voti, vel juramenti. Un-  
de duplex est irritatio hæc. Prima directa, qua ho-  
mo irritat vota, vel juramenta alterius hominis,  
quia potestatem habet in ipsam personam, vel vo-  
luntatem ipsius: Sic Prælatus, Pater, Tutor, irri-  
tat vota professi, filii impuberis, pupilli. Horum  
enim ipsa voluntas secundum omnes actiones suas  
subjecta est alienæ voluntati: Religiosus enim pro-  
priæ voluntati sponte renuntiavit, atque alterius ni-  
mirum Prælati voluntati sponte se subdidit per  
Votum obedientiæ. c. si Religiosus. *De Electionibus*

324 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. III.  
in 6. cùm velle, & nolle non habeat, se exili-  
quem vice DEI super caput suum posuit, &  
imperio se subjicit, voluntate dependeat. Imp-  
bes quoque secundùm Juris dispositionem, plen-  
suæ voluntatis dominium non habet, sed subdi-  
per se Patri, vel ejus loco Tutori, in cuius pot-  
te existit, & à quo infirma ejus voluntas regi-  
quamobrem voluntas Patris est quasi filii volun-  
tatis. I. & 2. 20. q. 2. Altera est irritatio indirec-  
qua homo irritat votum, vel juramentum alterius  
solum quatenus hæc versantur circa materiam  
suoque juri, ac potestati subjectam. Sic Prae-  
Parentes, Mariti, Domini, irritare possunt vota  
vitiorum, filiorum, puberum, uxorum, fami-  
rum. Hi enim non quoad ipsam personæ volun-  
tem, sed solum per accidens ratione materiae sub-  
iectæ, subiiciuntur illis, ut proinde eorum vota  
juramenta circa talem materiam facta jure relin-  
possit ab illis, ut mox patebit.

#### ASSERTIO II.

12 Irritatio voti, vel juramenti est ablatio obliga-  
tio ejus per potestatem alterius dominativam,  
quasi dominativam, in personam voventem, vel  
rantem, aut in rem, de qua fit votum, vel  
mentum. Atque adeò quicunque habet potes-  
tam dominativam, vel quasi dominativam in  
sonam voventem, vel jurantem, aut in ip-  
rem promissam votum, vel juramento, potest irritare  
omnia alterius vota, vel juramenta promissa.  
Communis cum S. Thoma 2. 2. q. 88. § 1.

Cap. III  
se ex illis  
sunt, & co-  
deat. Imp-  
nem, plen-  
, sed subdi-  
cujus por-  
untas regi-  
filii volun-  
o indirec-  
tum alteri  
materiam  
Sic Prae-  
sunt vota  
am, fami-  
onae volun-  
materiae sub-  
um vota,  
jure reli-  
tio obliga-  
nativam  
ntem, vel  
abet pote-  
ivam in  
ut in ip-  
otes trivit  
promissio  
88. & S.  
Sancti

Sect. II. Votorum & Juramentorum irritatio. 325

Sanch. lib. 3. Moral. c. 9. quoad juramenta. & l. 4.  
Moral. c. 24. quoad vota Laym. l. 4. tract. 3. c. 11.  
C. tr. 4. c. 7. n. 3. alii passim. Ratio patet ex terminis : Quia vota, & juramenta eorum, qui alteri quoad personam suam, vel saltem quoad materiam voto, vel juramento promissam, perfectè subjecti sunt, sunt velut conditionata, & tum ex natura rei, tum etiam ex dispositione juris communis hanc annexam habent conditionem : *Voveo, vel juro hoc, vel illud prestare : si superior, vel is, cuius interest, non contradixerit.* Eo proinde contradicente, irrita, invalida, & nulla erunt omnia ejusmodi vota, ac juramenta promissoria. Quorum hæc significatim explicanda sunt.

### §. I.

#### *Vota Religiosorum.*

**E**st sanè communis sententia Antiquorum, 13 omnia vota Religiosorum (sicut & impuberum) etiam Prælato, vel disciplinæ Regulari minime præjudicantia, esse invalida, nullamque obligationem, parere, nisi positivè ipse Prælatus, vel Pater consentiat, ac approbet, ideoque ad valorem ejusmodi. votorum requiri positivum consensum Superioris scientis; & non sufficere, ut Superior solum negativè, non dissentiat, non contradicat, sive sciens, sive ignorans. Ita docere videtur ipse S. Thomas 2. 2. 88. a. 2. ad 3. dicens: *Nulum votum Religiosi est firmum, nisi de consensu Prælati.* Et habetur satis aperte in jure. e. Monacho. 20. q. 4. ubi ex S. Basilio refertur: *Monacho non*

326 Tract. III. In II. Praecept. Decal. Cap. lli  
licere vovere sine consenſu Abbatis: si autem  
rit, frangendum esse votum. Ratio potissimum  
potest: quia ex eo, quod Deus acceptavit vo-  
tum, solemne professionis in sui obsequium, verolim  
videtur, ipsum Deum non amplius acceptare o-  
gationes privatas Monachorum priorum,  
ii, quibus propter Deum subiiciuntur, consentaneo.  
Eadem ratio fieri potest de filiis impuberibus.  
Deus propter aetatis fragilitatem parentum poti-  
ti voluit esse subjectos. Verum jam non tenetur  
sententia communiter. Authoritates communi-  
explicari possunt: & ratio plus non convineat  
quam quod Religiosi, ac impuberis nihil posse  
vovere praejudicantis potestati Superiorum au-  
tradicente Prælato, vel Patre. Itaque ex communi-  
& recepta sententia pono breves resolutiones.

#### REGULA I.

14 **R**eligiosorum vota simplicia illa tantum sunt  
facto irrita, que constitutionibus Regulae pri-  
oris Superiorum, & monastica disciplina repugnat  
vel præjudicant: ut si Religiosus, praesertim inclinans  
Monialis vovit longinquam peregrinationem  
servitria pia extra claustrum, &c. Ratio est:  
votum deberet esse de opere bono, immo meliori, que  
sit ejus oppositum: agere autem contra Regulam  
justum præceptum Superioris, aut disciplina  
monastica non est bonum; ergo, &c. Et licet So-  
rior, dispensando in Regula, talia permettere posse  
ad huc tamen melius est Regulæ, ac disciplina Re-  
ligiosæ humiliter se accommodare, quam ad con-  
traria, et si alioquin bona, dispensationem impo-

re: ideoque non sunt materia voti validi, uti re-  
cte observat Suar. l. 3. c. 6. de voto. n. 19.

R E G U L A II.

**O**mnia alia vota Religiosorum, qua Regula, pra-  
cepto Superiorum, & disciplina Monastica non  
adversantur, ipso facto valida sunt, & licita, juxta  
communem DD. cum Laym. l. 4. tr. 4. c. 7. n. 6.  
Ratio est: quia habet omnia ad validum, licitum-  
que votum requisita. Quoad validum quidem:  
nam quod Religiosi dicantur esse sub potestate Præ-  
lati quoad voluntatem suam, non debet intelligi,  
quod omnino possint nihil valide velle, vel nolle,  
nisi is positivè consentiat, ut patet mille exemplis;  
sed quod nihil possint velle, vel nolle, contradicen-  
te Prælato: quodque Prælatus non possit, vel fir-  
mum relinquere, vel irritum reddere ad suum pla-  
citum. Quoad licitum autem supponuntur ejus-  
modi vota emitti de materia honesta, & sufficiente  
ad votum licitum: & quidem ejusmodi vota quoad  
illas actiones bonas, sive in præcepto, sive in consi-  
lio positas, per se concessas Religioso, ita ut, nullâ  
petitâ Prælati licentiâ, eas exercere licite, & lauda-  
biliter possit, ut sunt certæ orationes, genuflexiones,  
mortifications moderatae, statim valent, obligant,  
& impleri possunt, & debent, præsumpto nimis rara  
consensu Superioris minimè contradicturi, si nosset.  
Vota autem circa actiones de se bonas, ita tamen  
Religioso prohibitas, ut non exerceantur sine peti-  
tâ Superioris licentiâ, non difficulter concedi solitâ,  
ut extraordinaria jejunia, peregrinationes, eleemo-  
synæ de rebus, quas Religiosus consumere posset:

328. Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. III.  
statim quidem valent, & obligant in actu primo  
sub conditione : si Superior consenserit ; non tan-  
tum obligant in actu secundo, & absolutè, nisi prae-  
dicti Superioris consensu, quo consensu præstito omni-  
nino convalescunt, eoque negato, omnino extingui-  
ntur ac velut irritata corrunt. Communis DD. cum  
*Thoma*, *Navar. Laym. citt. II.* Ratio est : qui  
potius ita interpretari debent, ut valeant, quia  
non valeant : atqui talia vota invalida essent, nulli  
intelligeretur ea conditio, si Superior consen-  
tia vel licentiam deberit, ut patet : ergo, &c. Unde  
ligiosus vi talis voti tenetur licentiam petere à Su-  
piori illud opus promissum, jejunium, peregrina-  
tionem, &c. exequendi : qui enim se obligat a  
nem, obligat se etiam ad media ordinaria necessaria  
ad illum finem : sed tale medium in proposito  
licentia Prælati : ergo tenetur illam petere Religio-  
sus, nisi jam expressam, vel tacite præsumptam  
beat. At tenebiturne etiam Prælato votum suum  
aperire ? tunc enim facilius forte Superior licen-  
tiā concedet. R. Omnipotens consultum esse, non  
necessarium, nisi in ipso voto se ad id obligat  
intenderit. Non enim est extendenda obligatio  
voti ultra intentionem voventis. Sicut, si Religio-  
sus homini promisisset eleemosynam dare, non  
satis erit petere licentiam dandi, sine necessitate ex-  
plicandi se promisisse : ita est in proposito. Sic con-  
tra *Sotum*, *Azorium*, *Lessium*, & alios *Navar. O-*  
*jetanus*, *Sanob. Laym. citt.* eosque secutus *Tamborin* s. l. 3. Decal. c. 12. n. 7.

RESOLUTIO III.

**O**mnia tamen ejusmodi vota Religiosorum per se directe irritari possunt à Pralato, seu Superiori Generali, Provinciali, Locali, (secundum Suar. & alios etiam Monialium ab Abbatissa, seu Matre spirituali; nam his etiam vovent obedientiam: & certum est, posse irritare vota præjudicantia suæ disciplinæ.) *Ratio:* quia Religiosus in persona sua quoad omnes actiones perfectè subiicitur Superiori, ita ut ex communis sensu, & usu Ecclesiæ, ac interpretatione juris, omnibus ejus votis, ac promissiōnibus quibuscumque, hæc censeatur intimè annexa conditio: *Nisi Superior contradixerit.* Imò potest talis Pralatus antecedenter, vel à principio statim irrita facere omnia vota suorum, v. g. prohibendo, ne quis quidpiam voveat consensum negando, vel contradicendo. Si enim jam edita vota infirmare potest, multò magis edenda. Suar. cit. c. 3. n. 15. Sanch. l. 4. c. 4. n. 49. Eaque omnia vera sunt, non tantum quoad vota circa actiones liberas, vel in consilio positas, sed etiā quoad actiones positas sub præcepto Dei, Ecclesiæ, vel Regulæ. Ut contra Cajetanum, & Tambur. docet communis DD. Sotus. Navar. Suar. Sanoh. Laym. citt. Nam licet talis materia voti, quatenus est sub potestate Dei, Ecclesiæ, vel Regulæ, non sit sub potestate Superioris, est tamen sub potestate ejus, quatenus est sub speciali obligatione voti subditi: adeoque licet à tali materia non possit tollere obligationem, quæ est ex præcepto Dei, Ecclesiæ, vel Regulæ; potest tamen tollere illam sp ecialem obligationem novam,

330 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. III.  
quā subditus ad illam se votō astrinxit, ita ut du-  
ceps contrafaciens non amplius duplice, sed sim-  
ili tantum peccato peccet. Idēmque dicendum  
irritatione voti subditorum non peccandi mon-  
ter, vel certum peccatum devitandi.

17 Ab hac universalī Regula duo excipiuntur.  
mō: Vota ipsa essentialia, & constituentia sua  
regularē, illique annexa: in his enim, cū ip-  
statum regularēm constituant, quem Superior  
tere non potest, sed ipse servare tenetur, Re-  
fus non est subjectus Prælato suo, sed tantum  
mo Pontifici pro casu raro Episcopatū assumu-  
vel rarissimo matrimonii ineundi. Secundū:  
cipitur votum Religionem strictiorem ingredi-  
nam quoad hoc subditus Religiosus ex sacris Ca-  
ribus e. licet de Regularibꝫ, est sui juris, ne  
Superioribus impediri potest. Hoc enim ob mo-  
rem perfectionem semper est in potestate infer-  
ris. Quin ipsum votum solemne Religionis in-  
ligitur cum hac conditione: *Nisi in melius com-  
pare volueris*: cūque talem transitum ad Reli-  
gionem strictiorem, etiam nolente Superiori, po-  
permittant, censentur in hoc Religiosum eximen-  
& sui juris facere.

#### RESOLUTIO IV.

18 Religiosorum subditorum tantum vota ita im-  
pati possunt à Prælato, vel superiore, cui nim-  
rum votō obedientie actu obstricti sunt. Hinc i. N.  
possunt Prælati, vel Superioris irritare vota Novitio-

rum tam personalia, quam realia, sive in ipso Novitatu, sive ante emissā. Hi enim nondum per votum obedientiae sunt subjecti potestati dominativae Superiorum quoad voluntatem, & actiones suas, sed absolute sunt sui juris: quanquam aliquin vi privilegiorum, in favorabilibus, reputentur Religiosi. Potest tamen Superior eorum vota personalia irritare indirecte, vel potius suspendere, quatenus eorum gubernationi, & exercitiis probationis, ad quam se Superiori sponte subjiciunt, impedimento, vel prejudicio forent: adeo, ut si Novitus egrediatur, obligatio voti, utsi extincta, sed suspensa tantum pro interim, redeat. Si autem profiteatur, omnia ejus vota simplicia, & personalia ipso facto consumantur in votum solemne Religiosae professionis, quam se authoritate, & acceptatione Ecclesiae, devovent in perpetuum, & universale obsequium Dei, quod eminenter quasi, omnia alia servitia particularia includit: juxta communem, & certam DD. Sententiam. Navar. c. 12. n. 65. Rodriguez noster to. 2. Q. Q. R. q. 25. a. 8. Suarez, Sanchez, Laym. sspè citati. 2. Non possunt iidem Praelati irritare vota etiam Religiosorum Professorum ante Professionem, seu subjectionem emissā; quia tunc vota non fuerunt facta eum illa conditione consensū Superioris: sed personalia, ut jam est dictum, commutantur in votum professionis: realia verò, sicut alia debita, ad hæredes transeunt. Excipe. Nisi illa vota fuissent facta in ætate impuberi, seu pupillari: nam ut optimè docet Lessius l. 2. de justitia c. 40. dub. 15. Si Novitus

332. *Tract. III. In II. Praecept. Decal. Cap. III.*  
vitius in saeculo antea emisit vota in ea aetate, in  
Parens, Tutor, vel Curator potuisset ea irritari.  
eadem potuerunt etiam irritari a Prælato Religio-  
nis; cum in illorum potestatem succedat, ut San-  
lib. 9. de Matrim. diss. 49. n. 4. notat. *Hec Lef- 3.* Non possunt Prælati vel Superioris irritare  
ta Religiosorum etiam in subjectione facta, eo in  
pore, quo jam a subjectione talis Prælati, vel  
prioris exempti sunt, aut quoad personam, i-  
desinat esse Superior: aut simpliciter quoad Re-  
gionem, aut si Religiosus fiat Episcopus, aut  
solutè dimittatur ad saeculum. Sic enim Præ-  
Regularium non amplius subditi supponuntur  
ideoque ipsi Prælati revera non remanent Sup-  
iores respectu talium. Secus est de Patre respel-  
filii, qui semper manet Pater, ideoque vota filii  
subjectione facta, semper postea irritare potest,  
mox videbitur. 3. Denique Prælatus omnium  
Religionum universalis autoritate irritare potest  
Summus Pontifex, qui est generalissimus Prælatus  
omnium Religionum, sibi principaliter, & ultima-  
tè per votum obedientiae per Ecclesiam acceptam  
subjectorum: non autem potest sic irritare vota  
liorum fidelium, sed tantum potest ea dispensare.  
*Ratio disparitatis patebit sect. 3.*

§. II.

*Vota Filiorum, & Clientum.*

19 **F**iliij respectu Patris, Clientes vero, vel pupilli  
respectu Tutorum, vel Curatorum dicuntur.

*Sect. II. Votorum & Juramentorum irritatio. 333*

nique aut impuberes, aut minores, vel minoren-  
tate, in ea irritatio  
lato Relig-  
dat, ut San-  
*Hoc Lef-  
s irritare  
facta, eo ut  
elati, vel  
sonam,  
quoad illi-  
pus, aut  
nim Pra-  
pponunt  
ent Super-  
tre resp-  
e vota filii  
re potest,  
us omni-  
ritare pot-  
ius Prala-  
r, & ultime-  
acceptan-  
tare vota  
diplena-  
ritari possunt a patre, vel ejus loco, Tutori. Su-  
mitur ex cap. n. 30. Numeri: & docent communi-  
ter DD. cum S. Thom. cit. Ratio: quia ipso na-  
turali gentium jure introductum est, atque jura po-  
sitiva ita disposuerunt, ut impuberes in illa tenera  
ætate, ob rationis, judicii, & discretionis imbe-  
cillitatem, aliena patris, vel Tutoris voluntate,*

&

RESOLUTIONES.

**P**rima: *Omnia vota impuberum per se directe ir-20  
ritari possunt a patre, vel ejus loco, Tutori. Su-*  
mitur ex cap. n. 30. Numeri: & docent communi-  
ter DD. cum S. Thom. cit. Ratio: quia ipso na-  
turali gentium jure introductum est, atque jura po-  
sitiva ita disposuerunt, ut impuberes in illa tenera  
ætate, ob rationis, judicii, & discretionis imbe-  
cillitatem, aliena patris, vel Tutoris voluntate,

& authoritate regantur ; adeoq; in omnibus con-  
votis, juramentis, pactis, ac promissionibus quin-  
sunque, semper intelligatur illa conditio : si Pa-  
ter vel Tutor, aut is, qui patriam in eos potestatem  
bet, & exercet, consentiat, aut non contradicat  
ergo Pater liberè hanc conditionem non ponat.  
omne votum, juramentum, pactum, vel promis-  
corruit. Validè ergo, & licite pater irritat  
impuberis filii. 1. Etiam si illa vota implenda  
primùm post annos pubertatis ; ut si puer de-  
vel duodecim annorum voverat : jejunare, ele-  
synas dare, peregrinari &c. quando grandior  
sui juris erit, quando bona propria habebit.  
Ratio est ; quia potestas hæc irritandi funda-  
in imperfectione voventis : at hæc imperfec-  
tio voventi jam adfuit, quando votum emisum fu-  
erat &c. 2. Idque etiam si filius contradixerit in  
tationi, aut patrem posse irritare vota sua non  
diderit ; ( quod pro praxi bene notandum.) Quia  
hæc patris potestas non pendet in suo usu à filii  
luntate, vel consensu. Secus est in communi-  
tate, in qua vovens debet acceptare materiam  
rogandam, ad quod omnino requiritur con-  
sus voventis : adeoque eo invito, vel inscio  
ri non potest. 3. Requiritur tamen ad validam  
tationem, ut filius votum suum Patri, vel alio  
irritaturo explicet. Si enim is solum exponat pro-  
positum suum, ingrediendi Religionem v. g. tan-  
to voto, quantumvis Pater contradicat, non censi-  
tur irritasse votum, de quo cognitionem nullam ha-  
bit; nam ignoti nulla voluntas : ac proinde vove-  
re potest.

*Sect. II. Votorum & Juramentorum irritatio. 335*

postea tenebitur votum implere, nisi aliunde excusat, juxta communem DD. apud citt. 4. Non tamen ad validam irritationem requiritur ulla causa: imo neque ad licitam, nisi illa sola, ut filius voto suo se gravatum sentiat, ut amplius videbitur §. 4.

Secunda: *Insuper omnia vota ab impubere in 21 ipso imputestate edita, non solum durante imputestate sed etiam postea quoconque tempore pubertatis à Patre irritari possunt, si pubes factus ea non confirmavit, vel ratificavit.* Ita contra Sotum, Anglez, & alios, communis Sententia DD. Navar. Less. Suar. Sanch. Gobat, & alii passim. Ratio: quia in his primordialis natura, & obligatio aetatis inspicienda est, votum autem impuberis ob aetatis, & judicij imperfectionem ab initio dependebat à Patre, semperque hanc conditionem annexam retinet: *si pater non contradixerit:* qua conditio tractu temporis quoconque non avertitur, nisi post pubertatem nova ratificatio accedat, qua votum praecedens quasi novo voto repetatur, & stabiliatur.

Ubi incidenter pro his, & similibus pluribus ca- 22 fibus accurate observa, tria requiri ad veram & obligatoriam voti, & cuiusvis promissionis ratificationem. *Primum:* Ut votens sit conscius debilitatis prioris voti, vel promissionis. *Secundum:* Ut velit de novo se obligare firmiter, perinde, ac si nunquam obligatus fuisset. *Tertium:* Ut ita dispositus verbo, vel saltem mente votum irritum repeatat; nisi haec concurrant, manebunt praeterita vota ejus prorsus eo modo, quo antea erant: at, his positis, novam obligationem contrahat, necesse est.

st. Unde quamvis aliquod votum s̄ampissimum  
vaverit, non ideo illud ratificavit: hoc enim n̄  
aliud est, quām prius vinculum approbare, &  
de novo suscipere. Quare, si illud infirmum,  
ritabile ab initio fuit, remanebit semper tale. Si  
ter ex eo; quōd vovens votum suum in impuber-  
te factum, factus pubes velit, vel incipiat ex-  
aut s̄apius repeatat, non ideo censetur illud rati-  
cere, ac confirmare: quia sola voluntas execu-  
di, ipsa executio, aut repetitio voti, non potest  
cedenti voto obligationem novam inducere.  
tra verō, si quis immemor sui voti antea fac-  
infirmit. v.g. in impubertate, non ex vi prioris  
gationis, sed merē de novo idipsum voveat, on-  
nō valebit votum. Tunc enim votum recens factum  
suam novam obligationem independenter ab  
qua pariet. Casus singularis videri potest apud  
bat hic casu 6. n. 176. non enim vacat excri-  
re.

23 Tertia: Vota filiorum puberum post puberatu-  
emissa, illa solum a Patre indirecte per accidentem  
ratione materia irritari possunt, qua & quatenus  
praejudicant libera Patris potestati in liberatur  
dita familia, rerūmq; suarum administrationis  
quibus etiā puberes filii familias Patris potestatim  
jecti sunt) sic irritari possunt vota eorum de mu-  
jeuniis, longis peregrinationibus, imo & orati-  
bus prolixis, quibus familia perturbatur, nece-  
obsequia negliguntur; aut filius infirmari timen-  
& maximē vota dandi eleemosynā de bonis pa-  
nis: & universaliter vota realia de dispositione re-

Se  
Ter  
est.  
ne b  
tori  
qua  
& v  
ritat  
tria  
dem  
judi  
cron  
mer  
tio o  
spon  
in al  
que  
Cor  
ad 2  
omni  
salte  
tur c  
& se  
tris  
ter  
statu  
jura  
DD  
de fi  
lari  
lior

Temporalium, quamdiu scilicet sub patria potestate est. Nam in eo statu filius etiam in administratio-  
ne bonorum temporalium *sub Parentibus, & Tu-*  
*toribus est.* Excepto, si habeat bona castrensis, vel  
quasi castrensis, de quibus liberè disponere potest,  
& vota de his facta à Parentibus, vel Tutoribus ir-  
ritari nequeunt. Alia verò vota puberum sub pa-  
tria potestate, vel quasi patria manentium, quæ ei-  
dem potestati, & gubernationi paternæ non præ-  
judicant ullo modo, ut Religionis, Castitatis, Sa-  
crorum Ordinum, Confessionis, Communionis  
menstruæ &c. à parentibus irritari nequeunt. *Ra-*  
*tio omnium est:* quia circa illa filius, non habet di-  
sponendi, nec consequenter vovendi potestatem:  
in aliis autem, in quibus sui juris est, disponere, at-  
que adeò vovere sine dependentia ab alio potest.  
Communis DD. cum S. Thoma 2. 2. q. 88. a. 8.  
ad 2. Navar. Laym. cit. c. 7. n. 13. meique citati  
omnes, contra Angles, docentem: Omnia vota,  
saltem filiarum familias à Patre posse irritari: nit-  
itur cap. 30. Num. *Mulier, si quidpiam voverit,*  
*& se obstinixerit juramento, quæ est in domo Pa-*  
*tris sui, & in astate adhuc puellari, si cognoverit Pa-*  
*ter votum & tacuerit &c. voti rea erit: si autem*  
*statim, ut audierit, contradixerit Pater, vota &*  
*juramenta ejus irrita erunt.* Sed respondent rectè  
DD. cum Glossa ibidem, textū ibi loqui tantum  
de filia impubere, ut significat vox, *in astate puel-*  
*lari.*

Quarta: *Patria hac potestas irritandi vota fi-* 24  
*liorum impuberum, in defectu Patris, ad plures ex-*  
*THEOL. MORAL. PARS III. X tendi-*

338 Tract. III. In II. Praecept. Decal. Cap. III.  
tenditur. 1. Tutor, quamdiu Tutoris officio fu-  
gitur, omnia pupilli vota in impubertate faci-  
ritare potest, quæcunque irritare potest Pater  
quippe, cuius loco succedit. 2. Curator eti-  
am irritare potest vota minorennis concernentia bonorum  
temporalium, vel præjudicantia administrationis filii  
in his enim Patris, vel Tutoris vicem subit Cur-  
ator, dum Curatoris munus obit. Unde San-  
ct. lib. 4. de voto c. 30. n. 15. probabilissime docet  
Curatorem posse etiam irritare ejusdem minoris  
vota in impubertate emissa directe, & per  
quia licet directe, & principaliter detur Curator  
ad administrationem bonorum temporalium,  
men secundariò etiam datur ad gubernationem pa-  
tronæ Clientis. 3. In defectu Patris, vel Tutoris  
Curatoris, Avus etiam vota nepotis irritare potest  
eademque omnino ratione, qua potest, Pater  
Tutor, vel Curator: & Avo deficiente idem  
sunt ascendentes in linea recta. 4. In defectu  
Patris, Tutoris, Avi, ac ascendentium in sexu viri  
tandem Mater irritare potest vota filii; & in  
defectu Avia &c. secundum omnes. Licet cum  
defuncto Patre, Mater eodem ipsò non acquirat  
potestatem in filium, nisi ipsamet institueret  
Tutrix, attamen in defectu & Patris, & Tu-  
oris, ac ascendentium, ad Matrem ipso jure na-  
ræ hæc cura spectat, ut filium loco Patris gube-  
net, eique loco Tutoris sit: adeoque filii vota  
in impubertate emissa irritare potest, saltem duran-  
tempore impubertatis; & probabiliter etiam  
illea, sicut de Curatore paulò ante dictum est.

*Cap. II.*  
Sect. II. *Votorum & Juramentorum irritatio.* 339  
consequenter etiam aliqua vota puberis realia suæ  
gubernationi præjudicantia, quemadmodum Cu-  
rator, uti contra *Sanch.* probabiliter docet Tamb.  
*L. 3. c. 16. §. 3. n. 23.* Eò quod Mater in defectu  
aliorum, sicut in locum Tutoris tempore impuber-  
tatis, ita etiam postea in ætate minori enni in locum  
Curatoris ipso naturali jure succedere videatur.  
Denique non desunt probabiliter opinantes in de-  
fectum horum omnium, etiam maritum uxoris,  
Dominum servi, Magistrum discipuli, vel alium,  
sub cuius gubernatione impubes existit, vota in  
impubertate emissâ irritare posse, ut videre est  
apud *Susrez*, & *Sanch.* citt. Ratio est: quia Ma-  
ritus, Dominus, Magister in defectum aliorum suc-  
cedere videntur uxori, servo, discipulo, in locum  
Parentis, Tutoris, vel Curatoris. Verum hæc  
rerioris praxis obiter indicâsse sat est, latius viden-  
da apud citatos.

### §. III.

#### *Vota uxoris, mariti, servorum.*

**O**Mnia uxoris vota etiam non præjudicantia, 25  
constante Matrimonio edita, per se directè  
irritari posse à Marito, non minus, quam vota Re-  
ligiosi à Prælato, vel impuberis à Patre, vel Tuto-  
re &c. docent sanè, nec improbabiliter, graves *DD.*  
*Sotus, Rosella, Angles, Arragonius*, aliósque ci-  
tans *Sanch.* lib. 4. moral. c. 34. n. 3. Et proba-  
bile censem *Bonacina, Lessius*, cum *Tamburino*  
*S. 3. n. 48.* Ratio est: quod mulier ex primæva  
Matrimonii institutione subdatur viro, ut capiti  
suo, à quo tanquam intellectu infirmior in omni-

340 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. III.  
bus gubernetur, ut filius impubes à Patre: adeoque  
propter bonum regimen domūs , pacemque ,  
concordiam ei plenè subdatur in omnibus , votis  
promissionibus , pactis ac contractibus : ut pro  
de omnia ejus vota censeantur emitti sub condic  
ione: si vir non contradixerit. Et favet lex illa  
Num. 30. Uxor in domo viri sui , cùm se votis  
strinxerit , vel juramento , si audierit vir ejus  
tacuerit, nec contradixerit sponsioni: reddet quod  
eunque promiserat; si autem exemplò contradic  
rit, non tenebitur promissionis rea. Hæc ibi.

6 Excipit tamen Sanch. 1. votum Religio  
quando ab uxore impleri potest , conjugi invi  
utpote primo bimestri , ante consummationem  
tem viro adulterante. 2. Vota ab uxore emis  
ante Matrimonium ; præjudicantia marito , sibi  
suspenduntur pro tempore durantis Matrimoni  
3. Vota emissa ante Matrimonium , & expre  
primò post Matrimonium implenda , nullo mi  
do spectant ad potestatem mariti , nisi forte in im  
pubertate emissa essent , juxta paulò superius d  
cta. 4. Vota tamen emissa durante Matrimoni  
o , & post Matrimonium primò implenda  
huc à marito irritare posse , censem Sanch. cu  
31. num. 17. Tamb. n. 49. eo quod maritus po  
solvere omne vinculum , quod suscipit mulie  
bum est sub ipsius potestate ; atqui hoc votum  
tiam est tale: ergo &c. Probabilis omnino doct  
rina , & servire potest Confessario non habenti fac  
tatem dispensandi , vel commutandi vota , imo eti  
sæpè habenti. Verum ne fæminas nimiam subjec



do maritis offendamus, ex communiori, ac tutioni  
doctrina iterum pono breves

### RESOLUTIONES.

**P**rima: *Vota uxorum solum per accidens, indi-* 27  
*recte, a ratione materia irritari possunt a ma-*  
*ritis, quae, & quatenus nimis ipsi in conjugii usu,*  
*familia gubernatione, & rei familiaris administra-*  
*tione præjudicare possunt: ut votum continentiae,*  
*vel non petendi debitum, multorum jejuniorum,*  
*in periculum proliis generandæ, & educandæ, mul-*  
*tatum orationum, peregrinationum, eleemosyna-*  
*xum maximè, & similiūm in dispendium gubernationis, & rei domesticæ.* Vota autem, quæ juri  
maritali nullo modo prædicant, tam personalia,  
quam realia, in quorum exercitio uxor non est sub-  
jecta viro, v. g. eleemosynæ de bonis paraphernis,  
aut iis, quorum administratio ad ipsam uxorem per-  
tinet; item certæ, & moderatæ Orationes, Com-  
muniones, peregrinationes, vitandi certum aliquod  
peccatum, vel peccati periculum &c. hujusmodi,  
sicut uxor absolutâ libertate vovere potest, ita à ma-  
rito irritari nullo modo possunt: quamvis eavota  
ali quando cessent obligare uxorem, si maritus ægrè  
ferat, vel contradicat: non quod contradictis  
authoritate irrita reddantur, sed quia tunc majus bo-  
num pacis, ac amoris conjugalis impediunt. Ita  
communis DD. *Innocentius, Sylvester, Navar.*  
*Valentia, Azorius, aliisque congestis Suar. l. 6.*  
*de voto c. 4. Laym. cit. n. 12. Ratio est; quia uxor*  
*non est subdita viro per se, & simpliciter atque in*

342 *Tra&g. III. In II. Precept. Decal. Cap. III.*  
omnibus actionibus liberis, sed solum, & prae-  
quatenus exigit vinculum, & jura matrimonii, i-  
nimirum in vita societate, usi corporis, proli-  
educatione, familiæque administratione, mulier-  
ro suo tanquam capiti subdita sit: Omnimoda-  
tem illa subjectio, ac dependentia uxoris ad man-  
tum nullo jure fundata est. Non jure naturali,  
gentium, quali impuberis voluntas subjecta est  
tri, vel Tutori: quia mulieres longè maiorem  
tionis discretionem obtinent, quam impuberis:  
liquin ipsæ si conjugatae non sint, semper Tuto-  
bus essent subjiciendæ, quasi perpetuò impuberes.  
Neque jure positivo, cum nullum tale existat. Le-  
autem allata ex Num. 30. optimè intelligitur de vo-  
tis, vel promissionibus uxoris juri matrimonii  
præjudicantibus, utpote facta de eleemosynis, ve-  
oblationibus, ex bonis communibus faciendis. Ei-  
licet tale jus fuisset in veteri Lege, modo tamen  
unacum aliis judicialibus abolitum esset. Nec de-  
nique ex contractu, & vinculo matrimonii: qui  
hæc tantum extendunt se ad corporis usum, &  
familiæ administrationem, ut supra dictum.

28 *Secunda.* Etiam uxor ita indirectè potest irritari  
vota mariti, quæ juri suo matrimoniali derogant,  
vel præjudicant: ut si maritus voveret conuen-  
tiā, non reddere debitum, longa jejunia; austeri-  
tates, longinquas peregrinationes, aliosve insol-  
tos actus, quibus ille ineptus redderetur ad debitum  
conjugale, officia domestica, aut mutuam societa-  
tem notabiliter violarent. Addunt aliqui apud  
*Tamb. cit. n. 54.* etiam votum gestandi habitum  
religio-

Cap. III.  
& præcis  
rimonii,  
is, prolif  
e, mulier  
animodat  
ris ad ma  
naturali,  
jeſta eſt  
majorem  
puberes  
per Turc  
impubere  
tisstat. Le  
gitur de vo  
atrimonial  
osynis, ve  
ciendis. Et  
odo tamea  
Nec de  
onii: qui  
om, & ſt  
n.  
est irritat  
derogant  
continen  
ia; auſteri  
ve inſol  
debitum  
n ſocieſ  
qui apud  
habitum  
religio

Sett. II Votorum & Juramentorum irritatio. 343  
religiosum, v. g. Tertiiorum S. Francisci. Quia ob horrorem vestis, ajunt, retraheretur uxor à debito petendo. Denique omnia vota realia mariti, si cederent in detrimentum dotis, vel aliorum bonorum suorum, quorum administratio penes maritum est. Excipitur votum peregrinationis Hyerosolimitanae in subsidium Terræ sanctæ, quo casu Canones juri uxorius derogarunt, ut etiam eā invitā, tale votum à marito edi possit, & servari debeat. c. Quod super, &c. ex multa de voto. §. In tanta ne-  
cessitate populi Christiani, ne Terra sanctæ subsidi-  
um impediatur. In alia autem mariti vota nihil juri suo præjudicantia, nihil posse uxorem, omnes con-  
sentient. Et ratio est clara: quia vir nullo modo sub-  
jicitur uxori quoad personam, vel voluntatem suam, sed tantum quoad materiam, si sit matrimonio præjudicans.

Tertia: Maritus quidem non potest irritare votum uxorius de non petendo debitum, etiam sine mariti licentia editum: quia conjux conjugi non obligatur ad conjungii uſum petendum, sed tantum ad reddendum petenti. Etiā tale votum aliquando cest: obligare uxorem, si maritus a grē ferat, & diſcordiæ causam præberet; cum votum non debeat esse majoris boni impeditivum, ut in simili paulo ante dictum est. At verò uxor votum mariti de nunquam petendo debitum, aliquando irritare po-  
terit; quia hoc votum potest cedere in præjudicium, & gravamen uxorius verecundæ, præ pudicitia non audentis petere, si maritus nunquam petat. Ita cum Henrquez, & aliis, Sanch. l. 9. de Matrim.

344 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. III.

disp. 7. n. 4. Laym. cit. c. 7. n. 16. Ceterum  
tum continentiae ab utroque coniuge mutuo  
sensu editum, absolute valet, ut mutua, vel alter  
coniugis contradictione amplius irritari non posse.  
Ex communi Abbas. in c. Charissimus. n. 6. Sanc.  
l. 8. disp. 37. n. 10. Laym. cit. Et docet D. An-  
tonius relatus c. Quod Deo. 33. q. 5. Quid  
pari consensu voveratis, perseveranter usque  
nem reddere debuistis: à quo proposito si illi  
est, tu saltem instantissime persevera. Errat  
quia sic uterque coniunx juri suo ad reddend  
vel petendum debitum per mutuum consenti-  
votum cessit: unde nisi legitimâ Superioris di-  
ficatione restitui non possunt. Quare recte ma-  
Sanch. cit. n. 14. talem conjugem petentem de-  
tum peccare mortaliter, non tantum violatione  
ti contra Religionem, sed etiam contra iustitiam  
exigendo tanquam sibi debitum, cum tamen  
gendi jus amplius non habeat. Quod si vero co-  
niunx ita voveat de licentia, vel consensu alteri  
coniugis, dicam mox infra in extensionibus.

30 Quarta: Vota denique servorum similiter  
per se directe irritari possunt à Dominis, sed  
indirecte, & per accidens illa, quæ, & qua  
obligationi servitutis, & famulatûs, ac juri,  
in servos habent Domini, officiunt, & pra-  
cant, pro tempore, quo iis subduntur. Utili-  
vota Religionis, sacri Ordinis, longæ peregrina-  
tionis, recitandi Horas Canonicas, quotidie audi-  
di Sacrum &c. & alia hujusmodi, quibus ser-  
reditur minus aptus ad servitium Domini,

semper , aut certis horis impeditur ejus famulatus ,  
ac libertas Domini . Vota autem dandi eleemosy-  
nas de rebus Domini , simpliciter nulla sunt . Secùs  
est de aliis servorum votis ad servitium Domini ni-  
hil pertinentibus ; ut servandi Castitatem , evitan-  
di certum peccatum , frequentationes Sacramento-  
rum , moderatæ orationes , mandie eleemosynam de  
proprio peculio , si quod habet , & similia à Do-  
minis irritari nullo modo possunt : quia in his ser-  
vus est sui juris , neque talia observando commu-  
niter Domini obsequiis nocent . Denique univer-  
saliter vota servorum edita sive durante servitute ,  
sive ante servitatem , & subjectionem , sed imple-  
da , seu implebilia post servitutem , durante qui-  
dem servitute suspensa , postea verò sine dubio con-  
valescunt , & servanda sunt : neque ullo modo à  
Dominis irritari possunt : eâ enim ratione , ut scili-  
cet primo post servitutem impleantur , servitio Do-  
minorum nullo modo præjudicant . Idem modo  
mox dicemus de ipsis votis , durante servitute , à  
Dominis irritatis .

## §. IV. *Extensiones.*

**P**rima. Quicunque vota irritandi facultate præ-<sup>31</sup>ditus, utsipote Prælatus, Pater, Tutor, Maritus, Dominus, postquam subdito, filio, uxori, servo, vovendi quidpiam licentiam dedit, votumque approbavit, nihilominus postea ante voti executionem, mutatâ sententiâ, & revocatâ licentiâ, votum illud irritare, & rescindere validè potest. *Ram.*

Sed  
dè irr  
vovent  
vocant  
dolibe  
Sanctus,  
abdicate  
te, qu  
lium, v  
promis  
tè Patr  
piam  
lio dom  
tunc er  
vel pro  
bidem  
ecte ta  
ota ali  
ninus f  
axori  
lioqui  
socand  
evocat  
st: qui  
lla vot  
juli deb  
cepta  
no circ  
im non  
alidè q  
aliter h

*tio est* : quia dando licentiam, præsenti confe-  
non censetur se privâsse jure suo gubernandi, i-  
cipiendi, & prohibendi, adeoque etiam pos-  
te irritandi vota suorum, quæ semper annexan-  
gent conditionem: *Si superior non contradicere*  
*Communissima cum Navar.* c. 12. n. 6. Suan.  
c. 4. num. 19. Sanch. l. 4. de voto. c. 27. Lessin.  
c. 49. dub. 10. Laym. cit. c. 8. num. 14. Qui  
applicant: multò magis Successorem, Prae-  
Tutorem, Maritum, Dominum, vota subdit  
**etiam si cum licentia Antecessoris edita fuerint**  
arbitrio irritare posse: cùm enim non habeat in-  
rium par in parem. *c. innotuit*, de electionibus  
Antecessor non potuit juri sui Successoris præju-  
re. Adde amplius. Etiam si unus Superior de-  
licentiam vovendi cum promissione non revo-  
di, adhuc potest revocare succedens Superior  
lis, ob rationem modò dictam. Secùs est un-  
saliter: quando major Superior licentiam von-  
dedit, tunc enim nullus inferior Praelatus im-  
poterit: ut si Generalis licentiam dedit, non po-  
rritare Provincialis, minùs localis: si Provin-  
cialis licentiam fecit, nihil poterit Superior localis  
sic de cæteris. Ratio nota est: quia Superiori  
jore consentiente, non valet contradicere Supo-  
minor.

**32 Secunda:** Qui habet facultatem irritandi  
directè, per potestatem dominativam in ipsam  
sonam ac voluntatem voventis, ut Praelatus relati-  
Religiosi, Pater, vel Tutor respectu filii, & tec-  
dum aliquos, maritus respectu uxoris, adhuc



dè irritare potest votum alterius, etiamsi licentiam  
vovendi dederit cum expressa promissione non re-  
vocandi, neque irritandi vota permissa, vel quomo-  
dolibet approbata. Ex communi Suar. cit. c. 8.  
Sanch. c. 27. Tamburinus. cit. n. 36. quia Præla-  
tus, vel Pater etiam per illam promissionem non se  
abdicavit, imò non potuit se abdicare sua potesta-  
te, quam à natura, vel jure communi habet in fi-  
lium, vel Religiosum: ergo non obstante etiam illa  
promissione, adhuc validè irritare poterit: nisi for-  
tè Pater dando talem licentiam filio vovendi quid-  
piam reale, tacitè, vel expressè, rem promissam fi-  
lio donasset, atque adeò à suo dominio abdicasset;  
tunc enim non posset amplius revocare licentiam,  
vel promissionem factam, ut benè observat Tamb.  
ibidem n. 15. Secùs dicendum est de iis, qui indi-  
cetè tantùm, ac ratione materiæ possunt irritare  
vota aliorum. Quòdsi ergo Pater filio puberi, Do-  
minus servo, & in nostra sententia, etiam maritus  
axori semel licentiam dedit vovendi quidpiam,  
ilioquin sibi præjudicans cum promissione non re-  
vocandi, vota omnino constabunt. nec deinceps,  
evocatâ licentiâ, validè irritari poterunt. Ratio  
ist: quia ideo hi possunt irritare vota suorum, quia  
illa vota sibi præjudicant ratione materiæ, vel obse-  
juvi debiti: atqui per promissionem non revocandi  
ceptatam, illi omnino cedunt præjudicio, & juri  
do circa talem materiam, vel obsequium: ergo  
im non poterunt amplius revocare, & irritare, ne  
alidè quidem, multò minus licetè. Denique spe-  
cialiter hic eximium est votum continentia editum

348 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. III  
ab una conjugi, etiam uxore, cum consensu  
probativo alterius conjugis, & aliqua saltem  
tuali voluntate renuntiandi juri suo, & etiam  
pressa promissio non revoçandi non adesse, t  
postea irritare nequit, secundum communem  
apud cit. & habet Glossa in c. Manifestum  
§. Vota verò continentiae ita alterius permis  
altero valent offerri, ut post permissionem non  
ant in irritum deduci. Ratio est: quia quo  
matrimonii, vir non habet majus jus in  
quam uxor in virum: quare si unus con  
alteri semel licentiam dedit consensu approp  
eum aliqua voluntate cedendi juri suo, ve  
jure suo privatus licentiam revocare nequibus  
cūs esset, si daret licentiam consensu solle  
missive, dicendo v. g. se contentum esse, n  
tradicere, ut altera votum continentiae et  
rim nolit præjudicare juri suo, tunc enim  
non prohibebitur debitum exigere: ut nou  
centius c. I. de conversatione conjugatorum  
var. c. 16. man. n. 31. Coninch. Laym. cit.  
rectè addens, si conjunx conjugi dederit fac  
vovendi castitatem absolutè, & simpliciter  
censeri renuntiâsse jure suo ad exigendum de  
cūm aliâs absolutè Castitas servari non possit  
inde ac si ambo mutuo consensu castitatem  
vissent, ut supra notatum est. Addit insuper  
cit. n. 15. in fine. Si uxor dedit marito la  
aliud quidpiam vovendi, quod juri suo pra  
v. g. longam peregrinationem, cœlendan  
ri renuntiâsse, ut dñe licentiam revocare  
sit. Et hactenus de valore.



## Sect. II. Votorum &amp; Juramentorum irritatio. 349

**Tertia :** Quicunque vota irritandi potestate<sup>33</sup> præditus, absque omni causa, vel ratione necessitatis aut utilitatis alicujus, votum alterius irritat, aut datam semel vovendi, vel voti exequendi licentiam revocat, & maximè si accessit promissio non revocandi, peccat ad minus venialiter. **I.** Certum est apud omnes votum irritare, aut datam licentiam sine causa revocare, contra promissionem, non revocandi datam, & acceptatam, esse peccatum; & quidem in communiori sententia ex genere suo mortale, pro ratione scilicet materiæ. Similiter **2.** simpliciter etiam datam semel licentiam vovendi, vel votum exequendi absque omni causa revocare peccatum esse, omnino communis est Sententia; nam *Num. 30.* de viro, qui taciturnitate sua voto uxoris consensum dederat, & postea primum contradicit, dicitur: *probabit ipse iniquitatem ejus.* Atque esse mortale pro ratione materiæ, iterum tenent gravissimam. **DD. Cajet. Navar. Arragonius,** meique *Sanch.* **Laym. ll. cc.** quod nimis consensu, ac licentiâ Superioris jam semel datâ (& maximè cum promissione non revocandi) votum jam confirmatum erat ad cultum DEI: revocato autem consensu sine justa causa, denuò infirmatur, & velut violatur votum, & cultus DEI non sine gravi divini Nominis irreverentia. Fateor magis piam, ac tutam esse sententiam.

Attamen solum sine causa irritare simpliciter,<sup>34</sup> seclusa promissione de licentia ante data non revocandi, esse culpam venialem tantum, communius.



muniūs, & probabiliūs docent Dom. *Medina*, *Sotus*, *Valentia*, alii apud Laym. tum. Et ratio est: quia tunc licet Superior, maritus, &c. utatur jure suo, tamen mali-  
tur, vel potius abutitur jure suo, absque omni-  
sa promptitudinem subditi ad exhibendum  
cultum, & obsequium per votum, vel voti execu-  
tionem sua gratuita irritatione impediendo. En-  
inferunt hi DD. etiam subditum peccare veni-  
si absque omni justa causa rescissionem sui  
Superiore petat. 4. Nihilominus probabile  
dico, sine omni causa vota irritare, etiam  
tiam datam revocare, nullum esse peccatum  
solum veniale, si fiat contra promissionem no-  
vocandi. Ita de sola irritatione, *Arragonius*,  
*Nav. Angles*, *Azorius*, alii apud Laym. cit.  
sed dissentientem de revocatione licentiae, *Ca-*  
*Palans*, *Tamb.* Et ratio omnino manet: quia  
perior irritando utitur jure suo: & etiam da-  
licentiam vovendi simpliciter, minimè priva-  
jure suo: semper enim licentia concessa intelligi-  
sine præjudicio juris proprii: atqui nemo pe-  
utendo jure suo, per se loquendo, & seculo su-  
dalo, vel contemptu: ergo, &c. Quodsi ex  
promissio non revocandi facta est, erit sane pe-  
cum postea revocare, ac irritare votum; at non  
paret ratio malitiæ, plusquam venialis. Tota eu-  
ratio hujus malitiæ, consistit in infidelitate, &  
dam levitate, vel inconstantia, quæ concessio pro-  
missa sine causa revocatur: atqui infidelitas, &  
constantia per se non excedit culpam venialem,

Sect. II. Votorum & Inraymentorum irritatio. 352

aliud quid grave accedat contra justitiam & Religionem: accedere autem hic gravem irreverentia n. divini Nominis, est sanè piorum persuasio pia, sed nulla convincens ratio: supponunt tantum, non demonstrant Adversarii. Lex illa vetus Judicialis nihil amplius ad nos.

*Quaria:* Obligatio votorum semel irritatorum<sup>35</sup> per se directe, per potestatem nimirūm dominati- vam in ipsam voluntatem voventis, utpote vota Religiosi irritata à Prælato, vota impuberis irritata à Patre, vel Tuto, non reviviscit, postquam vovens à potestate irritantis liberatus est: in quo omnes consentiunt. At verò obligatio votorum irri- tatorum solum per accidens, indirecte, & ratione materiæ, uti sunt vota Novitii, filii puberis, uxo- ris, servi, irritata à Prælato, Patre, marito, Domi- no, manente re integrâ, omnino reviviscit, post- quam vovens à potestate irritantis liberatus est. Ita (contra Panormit. Cajet. Arrag. Sylv. Navarrum, ipsumque Sanch. cit. c. 26. n. 4.) probabilius do- cent Innocentius, Rosella, Valenitia, aliisque cita- tis Suarez. l. 6. de voto c. 1. n. 4. Et, c. 4. num. 17. Lessius cit. c. 40. dub. 10. n. 82. Et sumitur ex s. Placet. De conversatione conjugatorum. Ubi habetur: uxorem, quæ ignorantem, vel invito ma- rito Religionem professa, & ab eo revocata est, po- stea maritō mortuō ad Monasterium quidem com- pellendam non esse, quia professio irrita fuit, repu- gnante viro: nihilominus à debito petendo, & se- cundis nuptiis arcendam: Quia nimirūm in pro- fessionem Religionis, et si alias irrita, tamen votum tinen-

352 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. III.  
continentiae virtualiter seorsim obligans manet  
ex speciali juris interpretatione: quod à manu  
non simpliciter potest revocari, sed quatenus in  
præjudicium cessit, ut conjugi debitum exige  
reddere teneatur, manente obligatione de  
continendi, quæ mortuo conjuge, tota revoca  
Eadem autem est ratio in aliis similibus casibus:  
tio verò est: quia erga illas personas, Novitios  
beres, uxorem, servos, in Prælato, Patre, in  
Domino, non est potestas irritandi vota simpli  
sed solùm iadixit, quatenus ex persona  
certa obsequia ipsis obligatae sunt: quare ceterum  
hac obligatione, votum antea impeditum omni  
revivisicit. Cæterum à fortiori certum est  
omnes, vota, quæ ejusmodi personæ ediderunt  
tequam subiicerentur potestati alterius, v.g.  
ante nuptias, servus ante servitutem, etiam si p  
à marito, vel Domino irritata fuerit, quatenus  
eorum præjudicium cedebant, postea verò marito,  
vel Domino totaliter reviviscere, dum  
dò voventis intentio se ad ejusmodi extenderit,  
alioquin res maneat integra.

*Extensio specialis ad juramenta.*

R E G U L A.

36 **Q** uicunque, & quacunque ratione habet  
statem irritandi vota alterius per se, vel  
accidens, is etiam habet potestatem eadem ratione  
irritandi omnia alterius juramenta promissoria  
tantum absoluta, & per se stantia, in honorem  
vel utilitatem hominis facta; nec solùm confirmatione  
coria promissionis factæ ipsi DEO, quæ di-

tur vota jurata: sed etiam confirmatoria promissionis factæ homini, quantumvis acceptatæ, quæ dicuntur *pacta jurata*. Ita omnes in ipsa Aſert. citati. Et ratio manifesta est: quia juramentum recipit naturam, & conditiones actus, cui apponitur, ideoque appositum actui irritabili, ipsum quoque irritabile redditur; ac irritato, vel quomodolibet ruente ipso actu, promissione, pacto, contractu, jam irritatur, ac ruit juramentum appositum: atqui quicunque potest irritare per se: vel per accidens ipsa alterius vota ipsi DEO facta, consequenter à fortiori eadem ratione poterit irritare omnes alias ejus promissiones, contractus, & pacta homini facta: ergo quicunque potest irritare vota, potest etiam irritare juramenta, seu absoluta, seu addita ipsis votis, seu aliis promissionibus, pactis, sponſionibus. Intellige semper: eadem ratione proportionaliter, sicut potest irritare vota, seu sicut habet potestatem in voventem, v. g. Prælatus, Pater, Tutor potest irritare omnia prorsus juramenta, vota ac pacta jurata Religiosi & impuberis per se directè; quia habent directam potestatem in voluntatem voventium, sic, ut omnes eorum promissiones Deo, non homini facta, infirmare possint, consequenter & juramenta addita. Item Pater, Maritus, Dominus, potest solùm indirectè, & per accidens irritare vota puberis, uxoris, servi, quatenus cedunt in præjudicium ipsorum: hac enim sola ratione potest infirmare eorum promissiones, vel pacta & consequenter juramenta addita. Denique universaliter: omne juramentum versans circa materiam alterius potestati,

THEOL. MORAL. PARS III. Z

&

354. *Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. III.*  
& liberæ dispositioni subjectam irritari potest ab  
lo alio, quemadmodum & vota. Sic Summus Pontifex  
potest suo arbitrio irritare omnia juramenta edita  
circa beneficia Ecclesiastica instituenda, distribuenda,  
augenda, minuenda: quippe in quibus plenaria  
potestatem nescitur habere c. 2. *De probend. in*  
*Item Episcopus juramenta suorum Clericorum*  
circa res suæ potestati subjectas; ut si Clericus  
ravit se vestes sacras commutaturum, loco non  
cessum, nisi debita solverit, liberè rescindetur  
test. Quia & sacerdotalis potestas hac ratione quoque  
potest irritare juramenta, v. g. cogendo aliquem  
ad Magistratum, non obstante juramento, ut habi-  
tur in jure, apud *Laym. cit.* in fine.

### S E C T I O III. *Votorum ac Juramentorum Dispensatio ac Relaxatio.*

#### S U M M A R I U M.

38. *Ad validam voti vel juramenti dispensationem re-  
ritur justa & rationabilis causa: Quales pricipia?*
39. I. *Imperfecta deliberatio, seu imperfectio aliud votum:*
40. II. *Notabilis difficultas exequendi votum:*
41. III. *Damnum spirituale, vel corporale votentis:*
42. IV. *Majus bonum proventurum:*
43. *Vique ad n. 47. assignantur quatuor regulae dispe-  
nse observande.*
47. *Esto obligatio votorum sit juris naturalis, datur in eccl. DE certa potestas in eis dispensandi:*
48. *Et quidem I. Ordinatio respectu omnium fidelium  
omnibus omnino votis in Summo Pontifice, uero  
versali Pastore.*
49. *Ac pariter etiam Ordinaria in Episcopis respectu  
Diocesanorum in omnibus votis Pontificis in conscrip-*

**Sect. III. Votorum & Juramentorum dispensatio. 355**

50. Sicut & Prelati Regulares Exempti, ut Generales, Provinciales. Abbates, & prepositi absoluti ordinatiam possunt habere dispensandi in omnibus votis Papae non reservatis suorum subditorum.
52. Non item Prelati Religionum non Exemptarum nisi id eius vel ex consuetudine, vel Episcopi licentia commissum sit.
53. Cum quibus & qualiter dispensare possint, habentes potestatem delegatum;
54. In quibus & qualiter in votis dispensare possint privilegiati, seu Confessarii Mendicantes?
56. Vota reservata de facto sunt quinque: 1. Votum Religionis 2. Castitatis integræ & perpetuae. 3. Peregrinationis ad S. Sepulchrum; 4. Romanæ ad limina Apostolorum Petri & Pauli, & 5. Compostellanæ ad S. Jacobum.
57. Quorum reservatio cum sit odiosa, strictè interpretanda est, ita ut tunc solum hæc vota reservata censeantur.
58. I. Si sunt vota proprie dicta, hoc est, Deo facta, non facta sunt B. Virgini, vel sanctis (doctrina notabilis) Et
59. II. Si sunt vota perfecta, hoc est perfectè voluntaria.
- NB. Et
60. III. Determinata; Ac
62. IV. Absoluta; unde reservata non sunt, si sunt pœnalia, vel solum conditionata; hoc est per modum paenæ, vel sub conditione emissæ, NB. Usque ad n. 67.
67. Usque ad n. 71. circa predicta vota Pape reservata resolvuntur variis casus. Confessarii Baldi notabiles.
71. Quando in predictis votis Pontifici reservatis dispensare possit Episcopus, urgente necessitate?
74. Quando Episcopus dispensare possit, saltem per accidens  
I. Votum Castitatis, vel Religionis emissum, & dispensandum ante Matrimonium.
75. II. Quando tale votum emissum ante, & dispensandum post Matrimonium?
76. III. Quando emissum, & dispensandum post matrimonium.
79. In quo Priviligiati conveniant cum Episcopis quoad dispensationes votorum, & in quo differant ab iis.

## ASSERTIO III.

37 **D**ispensatio voti, ac relaxatio juramenti, est dispensatio, seu remissio obligationis totalis eorum, ob justam, & rationabilem causam facta ab habeente potestatem spiritualem jurisdictionis in personam voventis, vel jurantis in casu, ut alioquin vota juramenta valita essent, & obligarent. Est imminiū brevis Assertio, sed multæ satis explicatio.

## §. I.

*Ob justam & rationabilem causam.*

38 **T**am ad validam, quam ad licitam dispensationem revertitur justa, & rationabilis causa. Omnes. Rati & differentia dispensationis ab irritatione et quod irratatio fiat per potestatem dominativa in personam voventis, vel jurantis, aut ipsam materiam voti, vel juramento promissam ab aliquo quin irritans velut Dominus ac proprio suonome disponit de alterius promissione, vel re atero missa, tanquam de re sua, proprium ius ac potestatem exercet: & ideo irritatio etiam absque omni justa, ac rationabili causa facta, semper tamen valida est, immo plerumque etiam licet ex probabili sententia supra dictum. At vero dispensatio fit per potestatem spiritualem, & Ecclesiasticam gubernativam, seu jurisdictionis tantum ab ipso DEO collatam Ministris Ecclesiae, qua rite clavium per modum judicii, & absolutionis nullatur obligatio voti, vel juramenti, seu vinculum illud, quo quis se DEO devinxerat per promissionem DEO factam, vel invocationem Divini No-

## Sect. III. Votorum &amp; Juramentorum dispensatio. 357

minis confirmatam: ideoque dispensans, vel relaxans votum, vel juramentum minimè agit nomine proprio, & tanquam de re sua, sed agit nomine, & authoritate ipsius DEI talem potestatem ad bonum regimen, & salutem animarum committentis, vi illius: *quodcumque ligaveris: & quodcumque solveris* &c. Atqui DEUS non confert talem potestatem homini, seu Prælatis Ecclesiæ ad dissolvendas obligationes sibi factas per vota, vel juramenta, temere, & absq; omni justa vel rationabili causa; neque enim potestas dispensandi in jure Superioris, nempè ipsius Dei, Prælato Ecclesiastico collata est in destructionem, sed in ædificationem, quatenus nimis rùm ad salutare regimen animarum, bonum commune, justa & rationabili causa, necessarium, vel utile quandóq; dignocitur, ejusmodi vincula subinde relaxare: ergo dispensatio voti vel relaxatio juramenti absque justa, rationabili causa facta, non tantum illicita, sed etiam invalida est, quippe exceedingens potestatem homini collatam à DEO.

*Cause legitima dispensandi vota.*

**P**rincipiæ sunt sequentes: Imperfecta delibera-<sup>39</sup>  
tio: Notabilis difficultas exequendi: Damnum spirituale, vel corporale voventis: Majus bonum ex dispensatione proventurum. Percorro breviter singula.

I. *Imperfecta deliberatio*, seu imperfectio actus vovendi: eaque ex triplici capite. Ratione tenera eratis. Ut si quis in tenera adhuc ætate post tamen septimum annum, votum emisit, præser-tim ante pubertatem, meretur dispensationem e-

Z 3

tiam

tiam totalem sine commutatione aliqua adjungi. Nam benignitas est Dei non ita rigidè acceptatum in tenera ætate conceptum, ut nequeant Successores remittere. Quò autem imperfectiones estas, eò major erit causa: quia eò majus involutum, vel imperfectius voluntarium timetur, mutatione perturbata mentis. Ut cum quis ira, tristitia metu oppressus imprudenter vovit: quò etiam è stat facilitas seu levitas vovendi, præsertim in minis. *Ratio est;* quia in ejusmodi votis non in omnino voluntariis non est magna affectio ad remissam: quare semper aderit periculum illarum varicandi: ideoque consulta dispensatio, sed admixta commutatione. 3. Ratione ~~irregulari~~  
vel doli circa accidentalia voti, vel in causa impulsive vovendi (nam error, vel dolus circa subtilia, vel causam finalem motivam de se irritata, vel juramenta) quia etiam ille error, vel delictum minuit voluntarium, ideoque præstare periculum transgrediendi, ut dispensatio consulta saltem additâ aliquâ commutatione, juxta Reglam infra ponendam.

40 II. Notabilis difficultas exequendi votum, et si tanta non sit, ut votum irritet, tamen, secundum Dei benignitatem debet esse causa dispensandi; idque non tantum, si prævisa non fuit à votante ejusmodi difficultas, verum etiam regulariter si prævisa fuit. Semper enim multò difficilius parecres, dum instat executio, quam quando motè prævidetur facienda. O quantes dum mire, & cogitatione tantum preliamur, in qua magis

magna assurgimus, in quacunque pericula rus-  
mus, ad quorum tamen primum occursum trepi-  
damus, & terga etiam volentes vertimus: inqui-  
Thom. Tamburinus l. 3, in Decal. c. 16. §. 3. n. 18.  
Cæterum solam majorem commoditatem, vel incli-  
nationem ad aliud opus pium: ut si quis adstri-  
ctus voto jejunii, offerat se magis promptum ad  
eleemosynas, vel orationes, &c. meritò negamus  
esse causam sufficientem ad dispensationem voti,  
quæ semper requirit aliquod obstans ad executio-  
nem voti, quale hic non adest: est tamen causa suf-  
ficientissima ad commutationem voti; ut sic alacrius  
DEO serviatur.

III. *Damnum spirituale, vel corporale voventis.* 41  
Utpote si votum, spectata qualitate personæ, ac na-  
turæ fragilitate, ei periculum majus ruinæ deferret;  
econtra dispensatio ad spiritualem ejus utilitatem,  
hic præcipue spectandam, cessura videatur. Sic ra-  
tionabiliter dispensatur votum continentia, vel non  
petendi debitum in persona conjugata; (difficul-  
ter enim quis in tanta occasione se cohibet) ip-  
sumque votum castitatis in personis ad carnis la-  
psum valde pronis, ac fragilibus: ut si, sive ex fra-  
gilitate, sive ex malitia, prævideas tale votum sæ-  
pius à te violandum. Ex quoque enim capite  
tibi votum pernitosum, vel occasio ruinæ sit,  
opus est, ut pia mater Ecclesia subveniat per dis-  
pensationem. Itemque vota, in quorum executione  
vovens multis scrupulis divexatur: id enim damnū  
spirituale est, cui pium est succurrere. Ac tandem  
etiam vota, quorum executio est causa damni eti-

am temporalis tibi , tuis , vel aliis : ut de lo  
peregrinationibus , eleemosynis excessivis ,  
nimis austoris , si haec te , vel familiam tuam  
bilater laedant , vel gravent , ipsumque votum  
tatis , si ideo continuo morbo quodam vexens ,  
illustris familia interiret , &c. Ratio est : quia  
familiaeque tuæ contra damna providere , ad  
tatem , pietatemque spectat , ideoque justam  
bet causam dispensandi , saltem cum adjuncta  
mutatione , ut etiam Romæ perpetuo obser-  
va Pænitentiaria.

**42** IV. *Majus bonum proventurum.* Si nimis  
dispensatio voti cessura sit ad majorem DEI ho-  
rem , utilitatem Ecclesiæ , vel Reipublicæ. Ut  
Religiosi assumuntur ad Episcopatum vel Cardi-  
nalium , dispensatis votis paupertatis , Obedienti  
ad Prælatos Regulares : si unicus haeres Regni ,  
Ducatus Religionem vovisset , aut etiam majora  
tu , si ex alterius electione tutba timerentur : si lu-  
ginquam peregrinationem vovisset aliquis , que-  
tatem præstaret Republicæ , vel familie pra-  
esse , &c. Communis Doctrina , Navar. 6. 12.  
77. Suar. l. 6. de voto , c. 17. Sanch. l. 4. Mor. 11.  
an. 50. Laym. l. 4. tr. 4. c. 8. n. 5

*Regula dispensanti observande.*

**43** *Prima.* In dispensatione tria præcipue at-  
denda sunt ( ait Innocentius III. c. magna. De  
voto , & voti redempt. ) Quid liceat secundum  
quitatem : Quid deceat secundum honestatem :  
quid expedit secundum utilitatem . Unde que-  
majus , & dignius votum est , ut Religionis , Calle-

*Sect. III. Votorum & Juramentorum dispensatio.* 361

tatis perpetuae &c. eò major causa requiritur ad dispensationem validam: & interdum una sola, præfertim teneræ ætatis, vel imperfectæ deliberationis non sufficit, nisi etiam aliæ causæ concurrant, puta gravis necessitas, vel utilitas, periculum prævaricandi &c ut monent DD. citt. Quæ tamen necessariò prudentis judicio relinquuntur: & servire potest Regula sequens.

*Secunda.* Ut dispensatio totalis fiat consideratâ 44 gravitate voti, omnino causa gravis sit, aut plures de se leves, unam gravem conflent, necesse est, iudicio prudentis. Ego existimo, tunc esse sufficien- tem causam dispensationis totalis, quando tanta ad- est circumstantia ex parte voventis, aut materiæ, vel finis voti, ut rationabiliter dubitari possit, utrum non votum per se cesse, aut irritum sit. Cæterum quando adeo quidem cœla, sed, expensis omnibus, non adeo sufficiens, dispensationi semper admisen- da est aliqua commutatio: subrogandum nimisrum aliquid operis boni, quod dispensantis iudicio, gra- vitatem voti compensare, prudenter videatur. Ra- rissime ergo Confessarii Privilegiati dispensare de- bebunt in toto, sed semper quasi commutando vo- tum, aliquam obligationem imponere, saltem ad tempus, ne arctissimum vinculum obligationis ad Deum temere annihiletur omnino.

*Tertia.* Quando causa dispensandi dubia est, si- 45 ve in actu signato, & velut *de jure*, sitne sufficiens, nec ne? sive in actu exercito, vel *de facto* v. g. an votum damnum adferat, majus bonum impediat? &c. nihilominus, si aliqua ex dispensatione spere-

Z 5

tur

362 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. III.  
Sed  
tur utilitas, & absit periculum scandali aliquo  
semper in clementiorem partem inclinare pot  
dispensans, uti post alios notant Sanch. & Ley  
ll. cc. Nam benignitas Dei petit, ut in obliga  
tione incerta facilitas sit eam remittendi, Quid si  
na fide data sit dispensatio, & deinde inveniatur  
se sine sufficiente causa data; aut si data cum  
dubia, & deinde invenitur fuisse nulla: nihil  
nus manere validam dispensationem omnino  
habiliter, & suavitati regiminis Ecclesie co  
mius resolvunt cum aliis Lessius p. 2. de Just.  
dub. 17. & Sanch. c. 44. n. 10. Ratio; quia con  
net ad Dei bonitatem approbare, & ratum habe  
quod bona fide concessum, & acceptatum fu  
cet revera tunc nulliter egerit dispensans.

46 Quarta: Quemadmodum dispensans sine ca  
usta, & rationabili causa (uti & dispensatione  
hujusmodi, scienter petens, & acceptans) pra  
nullitatem actus, peccat mortaliter pro ratione  
teriae, secundum omnes; quia usurpatur auth  
oritas sibi non concessa; ita est contrario, quando ad  
usta causa dispensandi, Prælatus, vel quisvis dispe  
nsandi facultate prædictus, tenetur concedere dispe  
nsationem etiam sub gravi culpa; quia potest dis  
pensandi ipsis data est ad bonum subditorum  
re eam sine causa denegantes subditis injuriar  
unt, & causa culpabilis sunt damnorum  
peccatorum ex negata dispensatione seutorum.  
Quod valde notent, & dicta hactenus etiam alia  
obligationum dispensationibus accommodentur  
rosi, & rigidi dispensatores.

§. III.

*Ab habente potestatem &c.*

**E**s si sanè obligatio votorum Juris naturalis. Lex<sup>47</sup> enim naturalis jubet, præstare fideliiter Deo id, quod ei prudenter, piéque promissum est: attamen id non jubet semper, & ubique, sed solum quando non adest justa causa eximens à præstatione: adest autem justa causa eximens, quando Papa, vel alius loco Dei, remittit id, quod Deo debebatur. Certa est in Ecclesia potestas dispensandi in votis, ac juramentis: eaque duplex: *Ordinaria*, annexa ipsi Officio, vel dignitati dispensantibus; & *Delegata*, ab alio nimirum habente potestatem Ordinariam, vel per privilegium à Summo Pontifice alicui collata, Percurramus breviter,

*Summus Pontifex.*

**O**rdinaria potestas dispensandi in omnibus omni-<sup>48</sup> nium Fidelium omnino votis, seu respectu totius Ecclesiæ, etiam solemnis Castitatis edito, non tantum in susceptione sacri Ordinis, sed etiam in Professione Religiosa, non utique, ut Monachus eo solitus voto pergit esse Monachus, sed ut desinens esse Monachus, incipiat esse legitimus maritus, residet in Summo Pontifice Romano tanquam universalis Pastore totius Gregis Dominici, ac Successore D. Petri, cui datæ sunt claves Regni cælorum: & dictum est à Christo Matth. 16. *Quocunque solveris super terram, erit solutum & in cælis.* Ubi particula universalis distributiva *Quocunque*, comprehendit omnia vincula, quæ potest homo contrahere in ordine ad Deum. Quemadmodum enim

Deus

Deus ad utilitatem Fidelium commisit potestum solvendi omnia vincula culpæ, & pœnæ, ita minùs necessarium erat pastorali regimini Annum, ut committeret Deus potestatem solvendi vincula votorum, uti & juramentorum, ac similium promissionum, ubi justa & rationabilis causa postulareret. Unde vides etiam Pontificem Summum non posse validè dispensare, minùs licet justa causa. Et obiter adverte, non dispensare propriè in Lege divina de solvendo voto, sed in iunctario humano substrato, ob justam causam collendo voluntatem se obligandi ad hanc materiam, qua voluntate sublata, corruit obligatio Legis dñæ, ut latius docetur in materia de Legibus.

*Episcopi.*

**49** *H*abetiam habent ordinariam potestatem dispensandi in omnibus Summo Pontifici non reservatis votis, omnium suorum subditorum Discipulorum. Episcopi enim succedunt Apostoli quibus dictum est à Christo Matth. 17. *Quemque alligaveris, &c. Et quacunque solverius sapientiam: erunt soluta & in cœlis.* Quia vero potestas Episcoporum, qui sunt Successores Apostolorum, subordinata est potestari Papæ Successoris D. Petri in Hierarchia Ecclesiastica, ideo relatio Summi Pontificis potestatem Episcoporum in actu secundo restringere potest, & defacto relinxit, ut non possiat dispensare in iis votis, quorum dispensationem sibi Papa reservavit. Eadem potestatem dispensandi in votis habent Legati Pontificii, & Nuntii Apostolici in Provinciis suis: Ad

Sed.  
chiep.  
Episc.  
eorum  
venia  
ex cau.  
Laym

P  
pates,  
dinaris  
reserv  
sitivo.  
& juri  
comm  
in suo  
Relig  
piscop  
Pontif  
statem  
perior  
cūm p  
credo  
dine d  
lati au  
comm  
dine,  
Vi  
rium &  
superwi

chiepiscopi etiam communi Jure dispensant in votis Episcoporum, Suffraganeorum, non autem cum eorum subditis, nisi per modum appellationis convenientur in casu, quo Episcopus dispensatione justa ex causa petitam, & concedendam denegasset. Vide Laym. & apud ipsum citatos l. 4. tr. 34. c. 8. n. 6. & 6.

*Prælati Regulares.*

**P**rælati etiam Religiosorum Exemptorum, ut 50  
pote Generales, & Provinciales Ordinum, Ab-  
bates, & Præpositi absoluti, habent potestatem or-  
dinariam dispensandi in omnibus votis Papæ non  
reservatis suorum subditorum ex Jure communi po-  
sitivo. Cum enim hi omnes habeant potestatem,  
& jurisdictionem quasi Episcopalem in suos sibi  
communicatam: hinc quidquid potest Episcopus  
in suos subditos, potest etiam Prælatus major in suos  
Religiosos, ut sint illis in cura Animarum loco E-  
piscoporum, à quorum jurisdictione Privilegio  
Pontificio eximuntur. Eandem ordinariam po-  
testatem extendit Sanch. l. 4. Mor. c. 49. etiam ad Su-  
periores locales, & in eorum absentia ad Vicarios,  
cum plenè vicibus Prælatorum fungantur. Sed  
credo eam potestatem esse potius communi consuetu-  
dine delegatam, quam Jure communi ordinariæ. Præ-  
lati autem Religionum non Exemptarum id Jure  
communi non possunt, nisi quatenus ex consuetu-  
dine, vel Episcopi commissione eis concessum est.

Videri posset hæc potestas Prælatorum Regula- 51  
rium dispensandi in votis suorum Religiosorum  
supervacanea. Nam vota eorum ante Professio-

nem

366 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. III.  
nem edita commutantur in votum solemne  
fessionis, & vota post professionem edita per  
testatem dominativam irritari valent. At cetera  
omnia. Nam. 1. Votum Religiosi ingredi  
strictiorem Religionem a Superiore irritari nequ  
potest tamen dispensari, vel commutari, con  
sit ex reservatis Papæ, ut infra patebit, & plu  
ritatis probat Sanch. l. 4. cit. c. 41. n. 2. vo  
tum Religiosi a Prælato superiore approbatu  
de ejus licentia editum, a Prælato inferiori,  
nequit; quia irritatio pertinet ad potestatem  
nativam, quia inferior Superiori præjudicatur  
potest tam dispensare inferior alioquin dispen  
sacitate præditus, ut præ aliis optimè docet Sanc  
l. E. de voto. c. 10. in fine concludens. Quia pro  
probationem vel confirmationem Superioris exten  
tur quidem votū a potestate dominativa inferioris  
sed non a jurisdictione voluntaria. 3. Non omni  
certum est, Prælatum irritare posse votum sub  
antea suā licentiā emissum, vel poste aprobata  
ac certum est, posse in voto dispensare, ob ration  
abilem causam: licet enim suā licentiā, vel approva  
tione præjudicasset suæ potestati dominativa  
men potestati spirituali jurisdictionis a Deo con  
præjudicare non potuit. 4. Certum est Prælatu  
nulum posse irritare vota Novitiorum, cum ex  
potestati dominativa nondum perfectè subdantur  
potest tamen in eorum votis Papæ non refer  
dispensare Prælatus Religionis exemptæ, eo quod  
Novitii in favorabilibus gaudent privilegiis su  
dinis; juxta communiorum, & probabiliorem senten

Sect. III. Votorum & Juramentorum dispensatio. 367

tiam Doctorum Nayar. c. 12. n. 65, & latè probat,  
& defendit Sanch. cit. l. 4. mor. c. 33. n. 28. Vides  
ergo non supervacaneam esse hanc potestatem.

Cæterum Prælati Religionum non exemptarum<sup>52</sup>  
neque cuim Professis suis, minus cum Novitiis di-  
spensare possunt, nisi vel ex consuetudine, vel Epi-  
scopi commissione id eis concessum sit. Commu-  
nis cum Navar. c. 12. n. 75. §. 3. Suar. Sanch. l. 4.  
c. 39. n. 9. Lessius Laym. cit. c. 7. n. 9. Neque  
ullus Prælatus etiam exemptus dispensare poterit  
in votis subditorum Religiosorum, postquam ex-  
empti sunt ab eorum jurisdictione: utpote si ad  
Episcopatum assumpti, si Religionem aliam legiti-  
tatem professi, si in perpetuum ex Ordine ejecti sunt,  
ut docet communis DD. apud citt. Denique Ab-  
batissis etsi suprà concessâ sit potestas irritandi vota  
suarum Monialium; eo quod potestatem domina-  
tivam in illas obtineant vi voti Obedientiæ, potestas  
tamen dispensandi, vel commutandi vota negatur  
omnino; quia hæc est potestas jurisdictionis spiri-  
tualis, quâ de facto carent Abbatissæ, seu Prælatæ  
Monialium.

*Delegati.*

Potestatem delegatam dispensandi in votis ha-<sup>53</sup>  
bent omnes illi, quibus id ab aliis habentibus  
potestatem ordinatam, utpote Papâ, (quo specta-  
mus Privilegiati) Episcopo, Prælato, committit-  
tur. Hi tamen id ulterius aliis committere non  
possunt. Quia delegatus non potest subdelegare,  
quando censetur electa industria personæ. Quando  
tamen

tamen alicui ratione Officii, & dignitatis sue  
lute & generaliter conceditur facultas, seu pri-  
gium absolvendi, dispensandi, vel committendi  
vota suorum, tunc talis potestas trahitur in or-  
nariam, eamque in casu alteri committere potest.  
Secus, si talis potestas solum alicui committatur  
spectu certae personae in particulari; quia hoc  
non jurisdiction, sed nudum ministerium con-  
sum censetur c. ult. §. ceterum de officio. Dele-  
ut cum aliis notat Laym. cit. c. 8. n. 27. Unde  
alia differentia inter Ordinarios, & Delegati  
quod nimis Delegati tantum possint dispensare  
alios, respectu quorum eis potestas commissa  
ipsi vero necessario dispensatur a suis Superioribus.  
At vero habentes potestatem ordinariam dispen-  
sandi, ut Episcopi, & Praepositi Regulares, non tam  
possunt dispensari a suis Majoribus ( ut Episcopi  
ab Archiepiscopo, Provincialis a suo Generali &c)  
sed etiam possunt dispensare ipse secum, saltem  
directe, committendo potestatem suam Confratre-  
riis suis, ut secum, etiam extra Confessionem, dis-  
pensent. *Ratio est*: quia ex una parte non re-  
gnat hanc jurisdictionem dispensandi exercere  
seipsum saltem indirecte, & mediately (& quid  
etiam immediately?) cum sit voluntaria, non con-  
tentiosa, neque de se Sacramentalis, ut distinc-  
tio personarum requirat: ex altera autem parte  
Praepositi illi habent plenam dispensandi in votis  
cultatem quoad hoc minimè restrictam: ergo ne  
que a nobis est restringenda: Ut contra Suarez  
late probat Sanchez l. 8. de Matri. disp. 3. 1014.



## Privilegiari.

**P**er privilegium Confessarii approbati Ordinum 54 Mendicantium habent potestatem dispensandi in omnibus votis, in quibus possunt dispensare Episcopi jure ordinario, quæ nimis rūm Papæ non sunt reservata. Tria autem ejusmodi privilegia reperiuntur. Primum est *Innocentii VIII.* qui concessit Mendicantibus posse dispensare in omnibus votis, in quibus possunt Episcopi, exceptis votis peregrinationis ultra duas dietas seu viginti leucas. Idipsum absque hac restrictione concederant *Martinus V.* & *Eugenius IV.* ut videre est in Bullario Rodriguez, & compendiis privilegiorum. Secundum est *Pauli III.* qui concessit Confessariis Societatis JESU, (& consequenter per communicationem omnibus Mendicantibus) posse commutare omnia vota, exceptis quinque Pontifici reservatis: quod *Gregorius XIII.* extendit ad vota etiam jurata. Tertium est *Pii V.* qui vivæ vocis Oraculo concessit Provincialibus Mendicantium, ut possint concedere suis Confessariis juxta Concil. Trid. approbatis facultatem dispensandi ad petendum debitum cum iis, qui ante matrimonium voverunt castitatem. Scio alioquin ejusmodi vivæ vocis Oracula sublata esse per Concil. Trid. ac etiam de illius Oraculi authenticâ certitudine dubitari: sed novi etiam pleraque aliunde per Bullas, & Brevia concessa esse, adeoq; reipsa valorem obtinere, prout insigniter demonstratum vidi à *Cardinali de Lugo in M. SS de penit.* etiam quoad hunc casum nostrum. Sed quidquid sit de Oraculis. Mihi persuasim⁹ est

THEOL. MORAL. PARS III. A 3 ipsum

370 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. III.  
id ipsum adhuc posse Confessarium Regularium  
Generalis Privilegiis Bullati dispensandi in omnibus  
votis, in quibus possunt Episcopi: in dicto enim  
su certò possunt dispensare Episcopi, et si non ex  
re communi, tamen ex consuetudine, quod a  
refert. Nam Privilegium Mendicantium dicitur  
se dispensare in votis, *in quibus possunt Episcopi*  
solutè (merito tamen intelligendo in propriis  
terminorum) ex vi ordinariæ suæ jurisdictionis  
atque Episcopi, positâ illâ consuetudine, jam  
ordinariæ jurisdictionis per consuetudinem ac  
situs dispensant: consuetudo enim dat jurisdictionem  
ordinariam: ut præter alios benè probat  
chez. l. 8. de matrim. disp. 12. Ergo idem  
suum privilegium poterunt Regulares. Ita  
muniors DD. & pro certo persuasum habent Dic  
p. 11. tr. 8. resol. 16. & Tamburinus l. 3. Dis  
c. 16. S. 4. n. 54.

ss Dictum porro Privilegium Mendicantium  
spensandi in omnibus votis in quibus possunt Episcopi,  
cum sit in materia favorabili, latè interponendu  
stum, & extendendum est etiam ad vota Secundum  
Pontifici reservata, quoties in eis Episcopus  
ordinario, seu vi ordinariæ suæ jurisdictionis  
spensat: nimis rūm (ut optimè explicat Sanctus  
Mor. c. 43. n. 7.) quoties ratione aliquis circu  
stantia mutatur, vel deficit vera ratio, ac man  
voti reservati Papæ, ideoque recedit in Jurisdictio  
nen ordinariam Episcopi, prout latè declaratur  
seq Secundus dicendum, quando servatâ verâ ra  
tione, ac materia voti reservati Papæ, solum per ac  
tuum

dens, ratione urgentis necessitatis, ac impossibilis  
accessus ad Pontificem, Episcopus jam non ex ali-  
qua jurisdictione ordinaria, sed planè extraordina-  
ria, ex sola præsumpta Pontificis voluntate dispen-  
sat, tunc enim nihil possumus Privilegiati, de quo  
seorsim dicam. §. 4.

Ratio utriusque partis est: Quia in priori casu,  
vota illa reverè non manent reservata Pontifici, sed  
simpliciter sunt casus Episcopales: ideoque com-  
prehenduntur in privilegio dispensandi Mendican-  
tium: at in posteriori casu, vota illa manent reser-  
vata simpliciter, & solum per accidens, ratione ne-  
cessitatis ab Episcopo tanquam Pontificis tacitè De-  
legato dispensantur: ideoque in privilegio Mendi-  
cantium, nomine votorum, in quibus potest di-  
spensare Episcopus, intelligi sanè non possunt. Ade-  
de, quod potestas tunc dispensandi ex vi urgentis  
necessitatis radicetur in jurisdictione ordinaria,  
quam habent Episcopi alioquin in vota fidelium  
sibi subditorum: at hâc quoad sacerulares non ga-  
udent Regulares. Ita communis DD. Rodriguez  
tom. I. Q. Q. R. R. p. 63. a. 3. Ludovicus Miran-  
da. in Man. Pralat. tom. I. q. 48. n. 4. Suar. San-  
ch. Laym. citt. Etsi sciam contrarium docere no-  
strum P. Brunonem Chaissing de Privil. Regul.  
tr. §. c. §. prapos. & citatis Casarubio, Lessio, Cor-  
duba, aliis. ea sola ratione, quod privilegium  
absolutè dicat: Possunt Mendicantes quod possunt  
Episcopi. Sed non acquiesco. Qui termini intel-  
ligendi sunt in propria significatione, scilicet: quod

pos-

372 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. III.  
possunt Episcopi, ut Episcopi sunt vi ordinatio  
Jurisdictionis, ut dictum est.

§. III.

Vota Papa reservata explicantur.

**S**ix Vota, quorum dispensatio Jure communii, va-  
consuetudine soli summo Pontifici reservata  
est, sunt defacto tantum quinque: nimirum. Vi-  
tum Religionis approbatæ ab Ecclesia Catho-  
Romana: Votum Castitatis, seu Continentia-  
tegræ, & perpetuæ: & vota trium Peregrina-  
num, Hierosolymitanæ ad S. Sepulchrum: Rom-  
næ ad limina Apostolorum Petri & Pauli; & con-  
postellanæ ad D. Jacobum. Et licet in *Jure*  
*multa, & super his. De voto.* solum expre-  
servetur peregrinatio Hierosolymitana in subtili  
Terræ Sanctæ, tamen consuetudo jam extendit,  
illa & aliæ duæ Peregrinationes etiam sint reser-  
vatae, quando ex sola devotione voventur. Ut collig-  
tur ex *Extravagante, & si Dominici. De Paschal.*  
*remiss.* Ubi excommunicantur ea quinq; vota com-  
mutantes absque Summi Pontificis licentia. Quan-  
obrem etiam in generali concessione, vel Indulcio  
spensandi, vel commutandi omnia vota v. g. tem-  
pore Jubilæi, vel aliâs, non intelliguntur illa que-  
que vota, ut eâdem Extravagante prohibet Pon-  
fex, & docet communis DD. *Sylv. Suar.* & plu-  
mis citatis *Sanch.* l. 4. c. 40. n. 6. Ubi retrahit  
quod antea docuerat l. 8. de *Matr. disp.* 9. cum Co-  
to, Rodriq. & aliis, nimirum in generali conces-  
sione dispensandi in omnibus votis, etiam contrarii  
dispensationem trium illarum Peregrinationum.

*Sect. III. Veterum & Juramentorum dispensatio.* 373

sed falsum: Quia quæ speciatim reservata sunt, speciale, & expressam concessionem, seu mentionem postulant. Ut habetur c. *Si Episcopus. De Pe-*  
*niss. & remiss. in 6.* Quod si tamen in generali con-  
cessione dispensandi in omnibus votis, solùm ex-  
pressè excipiantur vota Religionis, & continentia, intelliguntur permissa vota trium peregrinationum  
ex tacito consensu Pontificis, & communii usu DD,  
tale indultum ita explicantium. Ut ex communii  
docent Suar. l. 6. c. 25. Sanch. mod. c. 1. l. 4. c. 40.  
n. 19. Jam verò ad plenum intellectum illorum  
votorum, qualiter reservata, vel non reservata sint,  
pro re gravissimi momenti esto

*Resolutio, & Regula Generalis.*

**R**eservatio dictorum votorum, cum odiosa sit, <sup>57</sup>  
ut potè ordinariam potestatem restringens,  
omnino strictè interpretanda est, ut soluñmodò com-  
prehendat illa quinque vota, cum sint strictè talia,  
ut potè: *vota propriè dicta, perfecta, determinata,*  
*absoluta, quoad substantiam & integritatem eo-*  
*rum: & hoc totum extra easum urgentis necessi-*  
*tatis.* Adeò, ut quandocunque in iis deficit ma-  
teria & ratio voti reservati, simpliciter reservata  
non sint, sed dispensari possint ordinario Jure ab  
Episcopo, & per Privilegium à Confessario appro-  
bato Ordinum Mendicantium, excepto tamen ca-  
su solius necessitatis juxta supra dicta. Percurro  
breviter singula.

*Vota propriè dicta.*

**C**um votū essentialiter sit promissio facta Deo, <sup>58</sup>  
actisque proprius virtutis Religionis, non  
Aa 3 sunt

sunt vota propriè dicta , nec consequenter Ponit  
reservata, promissiones sacræ ( utique licita, ac  
ex virtute Dulizæ, etiam graviter obligantis ) faciuntur.  
Beatæ MARIÆ Virgini , ac Sanctis absolute faciuntur  
dum se , sine relatione ulla , vel tendentia pro-  
missionis ad ipsum Deum , etiamsi concipiatur  
materia alioquin reservata , ut Religionis, C-  
tatis &c. V. g. Puella devota Beatæ Virginis  
piens eidem præstare rem pergratam, dicit pra-  
*Sanctissima, & Purissima Virgo MARIA,*  
*mitto tibi servare perpetuam Virginitatem.*  
est statim censenda voti reservati rea , vel non  
sed reflexè examinanda , utrum , quando illa volebat  
protulit, reverà tantum cogitaverit de Beata  
Matre , & non DEO ; si ita affirmet : aut eu-  
si asserat , se quidem etiam tunc cogitasse de DEO  
at non cogitasse de promissione facienda ipsi DEO  
sed soli ejus Matri ; ne judices esse votum prop-  
dictum , & consequenter , nec reservatum ,  
merè actum Hyperdulizæ , ideoque promissio  
dispensabilem ab habente facultatem ; quod  
similibus valde frequenter contingentibus : /  
bè observandum est Confessario. Quòd si dubi-  
uit , an tales intenderint sua promissione se obli-  
re ipsi DEO , an solùm Beatæ Virginis v. g. Ju-  
P. Georgio Gobat *Alphab. I. de voto casu* 1.  
21. præsumendi sunt secisse verum votum , dum  
que castitatem verè obtulisse ipsimet DEO : /  
in dubio præsumendum est pro actus perfectus  
potius , quam defectus ; idque maximè ,

ba promittentis aliquam relationem ad DEUM  
significant.

*Vota perfecta.*

**R**eservata sunt tantum illa quinque vota emissas<sup>9</sup>  
cum perfecto voluntario, aliisque requisitis,  
sic, ut de eorum valore certò constet. Non ergò  
sunt reservata illa vota, sed ab Episcopo, vel Privi-  
legiato dispensabilia, quotiescumque est dubium,  
sive juris, sive facti de valore emissi, v. g. ratio-  
ne imperfectæ deliberationis, insufficientis inten-  
tionis, vel potestatis: an votum se ad talem casum  
extendat, seu hīc, & nunc me obliget: etiamsi tale  
dubium alias per se voventem non liberet, sed di-  
spensatione opus sit. Nam reservatio Papæ strictè  
interpretanda, ad casus certos restringenda est, ut  
dubia non comprehendat. Itēmque vota metu in-  
justo extorta, eislevi, ac non cadente in constan-  
tem virum, (alioquin per se irrita, non indigerent  
dispensatione) non sunt reservata, juxta commu-  
niorem, & omnino probabilem Sententiam DD.  
Navar. c. 12. n. 59. Sanch. l. 4. c. 40. n. 30. Les-  
sius l. 2. de Just. c. 40. dub. 18. Laym. cit. c. 8.  
v. 11. Ratio est, quia præsumendum non est Pon-  
tificem reservare voluisse tale votum, quod alias de-  
bet esse facilis dispensationis, tum ob imperfectio-  
nem consensūs, tum in odium injuste extorquentis,  
saltē, ne illud sibi reservando, iniquitati favere vi-  
deatur Pontifex,

*Vota determinata.*

**N**on est ergò reservatum, sed dispensabile ab E-60  
piscopo, vel Privilegiato votum alternativum,

A 2 4

cujus

cujus altera pars non est reservata: v.g. Vovo  
mam peregrinaturum, vel quinquaginta aureos  
eleemosynam daturum: vovo aut Religionem  
gredi, aut certè Sacerdotem futurum &c. con-  
nis apud citatos. Nam tale votum non est de-  
minatè de re reservata, neque ad eam simpli-  
obligat: quia in alternativis debitoris est elec-  
sufficit alterutrum impleri. Regul. 70. in 6. N.  
refert, quod progressu temporis altera pars no-  
servata impossibilis fiat, & sic vovens deter-  
obligetur ad partem reservatam; quia id non pro-  
nit ex intentione voventis, sed ex eventu per-  
dens, ideoque adhuc Episcopus, vel privilegi-  
dispensare potest. Secùs esset, si ipse metuere  
intentionem, & obligationem suam à principio  
determinatam ad unam partem reservatā deter-  
nasset (idque velut novo voto, seu nova promissio-  
ne, & animo obligandis ad illam partem: Secu-  
si simplici propfito, ac voluntate hanc partem de-  
gisset: sic enim votum maneret in sua primavaria  
tura) tunc enim fieret votum reservatum. Quo-  
juxta Regul. 21. in 6. *Quod semel placuit; amplius  
dispicere non potest.*

**61** Insuper, postquam Summus Pontifex, ipse vo-  
tum aliquod determinatum reservatum in aliis  
commutavit, jam Episcopus ob justam causam  
illo dispensare, vel in aliud commutare poterit. Ex  
communi Suar. l. 6. de voto c. 20. n. 15. Sanch.  
8. de matr. disp. 9. n. 20. & alii, Nam hoc ipso  
quod prius votum commutatum est cum voventis  
consensu, quasi aliud, sive novum votum evadit.

Sed  
cujus  
tum  
tuum  
odion  
absq;  
ejus  
subre  
rogati  
Respo  
net, e  
tione  
to, d  
vel c  
plus:  
  
N  
esse d  
terpre  
ta per  
direct  
votō  
& dir  
ta vel  
re alte  
lis, ve  
vation  
vota a  
enim  
recto  
vultqu  
cijus

cujus materia reservata non est: ut si Pontifex votum continentiae perpetuae commutasset in perpetuum jejunium. Neque reservatio prioris voti, cum odiosa sit, debet extendi ad materiam subrogatam, absque speciali declaratione subrogantis, minus ad ejusmodi accidentia odiosa detorquendum illud: *Subrogatum sapit naturam ejus, in cuius locum subrogatur*, arg. c. Ecclesia. Vide Card. de Lugo. l. 6. *Respons. Moral. dub. I.* Ubi inter cætera rectè monet, eum, qui petit dispensationem, vel commutationem materiæ subrogatæ voto, maximè reservato, debere explicare ipsum votum, ut dispensans, vel commutans gravitatem vinculi cognoscat, ne plus æquo de sacra promissione temerè remittat.

*Vota absoluta.*

**N**on sunt reservata vota pænalia; & valde probabilius, nec quævis conditionata. *Ratio esse* debet. Quia reservatio illa odiosa strictè interpretanda solum comprehendere censenda est vota perfectè voluntaria, emissa scilicet cum plena & directa voluntate, atque affectu erga rem honestam votum promissam: seu quando emituntur primariò, & directè ex amore honestatis rei promissæ ipsa vota vestientis: non verò quando emituntur ex amore alterius boni, aut timore alicujus mali temporalis, vel spiritualis: sic enim minus voluntaria, reservatione urgere minus expedire videtur: atqui sola vota absoluta ita perfectè sunt voluntaria. Qui enim dicit absolute: *Voveo Deo Castitatem*: fertur directo amore, & affectu in honestatem ejus virtutis, vultque absolute Deo gratum obsequium præstare;

A a 5

non

378 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. III.  
non ita, qui solum conditionate dicit: votum  
castitatem, si ineptius fueris, si morbum tuum  
&c. ut consideranti patet: ergo sola vota ab  
reservata censeri debent. Ethinc

63 I. Vota conditionata pœnalia: v.g. si fornici  
fueris, voeo me in pœnam Romam peregrin  
rum, ac Religionem ingressurum, &c. non tan  
ante, sed etiam post admissam culpam, non esle  
vata, sed ab Episcopo, vel Privilegiato dis  
posse, communis ferè, & probabilissima est Sen  
tia DD. quos congerunt, & sequuntur. *Suar. Su*  
*Laym. II. cc.* nimis: quia vota illa pœnalia  
tendunt in rem promissam directa voluntate,  
mariò, & per se ex affectu, & amore honestatis  
us, sed tanquam in rem sibi pœnosam, & afflictio  
cum aliqua aversione animi, quippè quam malit  
iùs non incurrere, ut sic timore, & velut *sacra*  
*rōre* illius incurrendæ vovens retrahatur à crimi

64 II. Etiam vota quævis propriè conditionata,  
conditione de futuro ( eaque accidentaria, in  
natura, vel jure ipsi voto annexa ) v. g. Si mor  
bus evaseris; si uxoris superstes fueris, &c. voeo Relig  
ionem ingressurum: castitatem servaturum: Romam  
peregrinaturum, &c. ante impletam conditionem  
non esse reservata, sed dispensabilia, cum non  
vota simpliciter, nec defacto obligantia, sed  
conditione pendente in futurum. Itidem com  
nis & tuta est *Sententia apud citt.*

65 III. At vero post conditionem impletam, in  
pere esse reservata, post alios sanè probabilius,  
tutius docet Laym. cit. n. 10. Quia votum con

tionatum, impleta conditione, perficitur, & absolvitur, sicut omnes alii contractus, & promissiones factæ sub conditione, ea eveniente, perficiuntur, omnemque obligationem pariunt, ac si sine conditione factæ fuissent: juxta L. Potior ff. Qui posteriores in pignore.

IV. Contra tamen valde probabile, & tutum<sup>66</sup> existimo, ejusmodi vota etiam post impletam conditionem reservationi non subjacere. Ita post Sayrum, Ledesmam, Suar. alios, constanter Sanch. l. 4. Mor. c. 40. n. 91. Ratio est: tum quia quævis vota conditionata non tendunt directo plenóque affectu in honestatem rei promissæ, sed vel ex amore alterius boni, vel timore alicuius mali; ideoque minus perfectè voluntaria. Tum quia ejusmodi vota, cùm sint cum conditione de futuro, imbibunt imperfectum consensum, ut potè dependentem à futuro eventu: atqui adventus conditionis non facit, quin revera consensus fuerit imperfectus, nec ejus naturam mutare potest; ergo, licet ea vota quo ad alios effectus transeant in absoluta, ut benè probatum est, attamen semper primævam imperfectiōnem retinent; atque adeò non subjacebunt reservatiōni, quæ testringenda, cadit solùm in vota perfectè voluntaria.

*Quoad substantiam, & integritatem suam.*  
I. **N**on sunt reservata illa quinque vota quoad<sup>67</sup> circumstantias aliquas accidentales à votente voto reservato additas, v.g. votisti peregrinari Romam intra certum tempus peditando, mendicando, &c. dispensare potest Episcopus, ac Privilegiatus,

380 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. III.

giatus, ut votum differas equites, expensas  
Ex communi Sanch. Laym. citt. ipsa enim per-  
natio Romam, quoad substantiam reservata est  
mo Pontifici, non autem ille modus accidentalis  
li tempore, peditando mendicando, &c. ideoq;  
dispensatur in voto reservato simpliciter, sed tan-  
secundum quid quoad modum, & circumstan-  
secundum quam illa vota reservata non sunt  
riūs, quia dictæ peregrinationes reservatae su-  
fiant devotionis causā, ut superiūs notatum:  
bunt ergo reservata esse, si non fierent devotio  
causā, sed ob alium finem. Sed quia hæ per-  
nationes raræ, si deo non inhærendum.

68 II. Reservatum est Pontifici votum Religionis  
approbatæ tantum, (non ergo Religionis alicui  
vel instituti nondum approbati) ab Ecclesia Ro-  
na, quoad substantiam ipsam, & integratatem Re-  
ligiosi statūs. Non ergo reservata, sed dispensa-  
lia sunt vota Religionis partialia: ut si vovili p-  
pertatem tantum, vel Obedientiam tantum,  
v.g. Confessario præstandam. Item vota Religio-  
nis quoad modum tantum: ut votum sacerdotum  
vel Religiosi ingrediendi Religionem strictiora  
dispensatur ab Episcopo, vel Prælato. Exem-  
respectivè, ut ingrediatur Religionem minus in-  
Etiam sacerdotalis, vel in Religione minus stricta per-  
maneat Religiosus. *Sotus, Sylv. Navar. Redi-*  
*quez, aliquique citt. Sanch. l. 4. Mor. c. 42. Laym.*  
*c. 8. n. 8.* Item, si quis vovit intra certum annum  
vel ad certum tempus Religionem ingredi dispe-  
sare potest Episcopus, ut justa ex causa differe-

Se<sup>t</sup>. III. Votorum & Iuramentorum dispensatio. 381

seat Sanch. c. 40. n. 76. Imò etiam cum Religioso professo voto solemnī, ut ad illam Religionem etiam Jaxiorem transeat, justa & gravi ex causa dispensare posse Episcopum, vel Praelatum ejus Exemptū cum Episcopi consensu, docet Laym. cit. n. 8. in fine.

III. Reservatum est summo Pontifici votum<sup>69</sup> continentiae, seu castitatis perpetuae tantum. Non ergo reservatum, sed dispensabile ab Episcopo vel Confessario Mendicante est votum castitatis rem paralis tantum, sive ad certum tempus, v.g. usque ad tempus opportuni conjugii: vel tempore conjugii tantum, cum consensu alterius conjugis. Ex communi Sanch. cit. & lib. 8. de Matr. disp. 9. Si militer votum continentiae mutuo consensu conjugum editum, at non simpliciter, sed cum limitatione, vel conditione: v.g. nisi proles mascula moriatur: quin etiam votum continentiae perpetuae unius conjugis editum cum alterius consensu permissivo tantum, ita ut iuri suo præjudicare non intendat: sic enim manebit obligatio reddendi debitum ex parte voventis. At verò votum continentiae perpetuae simpliciter editum, aut ab uno coniuge cum consensu approbativo alterius conjugis renuntiantis juri suo, aut editum mutuo consensu tali ab utroque coniuge, utique manet reservatum Pontifici, cum sit votum continentiae perpetuae, ac integræ, ideoque nulla parte sub dispensationem ordinariam Episcopi cadit. Ita docet communis DD. contra nostrum Rodriguez. Et verissimum judico quoad dispensationem totalem illius voti: quoad dispensationem partialem ad peccatum debitum tantum, q. sequenti modis.

70 IV. Reservatum est votum continentiae, sed  
statis *integra* tantum. Non ergo sunt reservata  
sed dispensabilia ab Episcopo, vel Privilegiato  
partialia tantum continentiae, & castitatis: ut  
te, votum castitatis conjugalis tantum: votum  
petendi debitum conjugale: votum virginitatis:  
lum intendendo integratatem clausri: votum  
nubendi, vel non ducendi uxorem: votum  
fornicandi, vel mulierem non tangendi, &  
milia: & tandem ipsum votum suscipientis  
Ordinis, cui accessorium tantum est votum  
tatis; nam qui vovit lacrum Ordinem sicut  
non vovet actu & directe castitatem, sed solle  
etu, & directe vovet suscipere talerum statum, cu  
tum castitatis tacite annexum est. Omnia re  
apud Auth. cit. Suarez. Sanch. Laym. alios.  
tio omnium est saepius inculcata. Quia refer  
votorum, cum sit odiosa, & a communi Jure,  
alias ordinaria potestate Episcoporum exorbitans  
strictae interpretationis esse debet; adeoque re  
vatio votorum continentiae, & castitatis intelli  
da de continentia simpliciter dicta, id est per  
**C. integra:** atqui omnia enumerata vota hoc  
priori numero, non sunt continentiae, & casti  
simpliciter *perpetua* & *integra*. adeoque, defini  
te vera ratione, & materia voti reservati, non  
servata. Adde, hactenus quidem in dispensatione  
eiusmodi votorum, cum deficiat vera materia  
reservati Pontifici, pari passu ambulant Episcopi  
& Confessarius privilegiatus: at non in sequenti  
ob rationem datam.

§. IV.

*Idque totum extra casum urgentis  
necessitatis.*

**E**Tiam manente verâ materiâ, & ratione voti<sup>7</sup> reservati Summo Pontifici, adhuc quandoque per accidens dispensat Episcopus tanquam Delegatus Pontificis, quando nimis est impedimentum adeundi Sumimum Pontificem, & vera necessitas cogit maturare dispensationem, juxta communissimam, receptâmque Sententiam, & praxin. *Ratio sumitur ex epikia, & rationabiliter presumpta mente Pontificis, nolle cum sibi vota reservare in quoconque casu, sed potius contentum esse, ut urgente gravi necessitate cum impedimento ipsum adeundi potestas dispensandi devolvatur ad Episcopum proprium, & velut recidat in ejus primævam potestatem; sicut eadem ratione in aliis Legibus Pontificiis, Censuris, &c.*

Episcopus in ejusmodi casu necessitatis dispensa<sup>72</sup> re poterit, etiam si Legatus Pontificius, vel Nuntius in Provincia sit: ut docet (contra nostrum Rodriguez p. 2. summ. c. 100. concil. 3. & alios) Suarez. l. 6. de voto. c. 26. n. 10. & Sanch. cit. l. 8. de matr. disp. 9. n. 25. Laym. cit. c. 7. n. 17. Ratio est, quia Legatus Pontificius, etiam à Latere, ordinario Iure, vi dignitatis, & Officii sui non habet majorem dispensandi facultatem, quam Episcopus: ideoque liberum erit voventi in tali necessitatis casu pro dispensatione voti reservati recurrere, vel ad Episcopum, vel ad Legatum. ut cum Suarez & aliis docet Sanch. lib. 8. de Matrim. disp. 9. num. 25.

Aet.

At, quid si Legatus specialem commissionem habeat dispensandi in votis reservatis, aliisve Legatis Pontificis? Communior, & sine dubio probator, actutior sententia cum Sanch. *ibidem*, & alii negat Episcopum tunc dispensare posse, sed retinendum ad Legatum, vel alium simili potest pollutem. *Ratio urgens est*; quia eo casu Episcopus solum dispensare potest ratione necessitatis at hæc ratio necessitatis cessat, si Legatus, vel adiri possit, qui ad id specialem commissionem beat, ut in casu necessitatis ad illos recurri posse. Contra tamen etiam tunc Episcopum dispensare posse non improbabiliter affirmant alii, *Hern. Avila*, apud Laym. *cit. c. 8. n. 17.* Eò, quod servatio Papæ strictè interpretanda, ad Legatum detorquenda non sit

73 Necessitas hujusmodi, ob quam Episcopus voto Papæ reservato legitimè dispensare potest, in omnium consensu, debet esse verè gravis, quam mirum Pontifex meritò præsumatur non volunt comprehendere in reservatione sua: ejusmodi necessitas vix contingit in votis triplicis peregrinationis, frequenter vero in votis continentiarum, & Regionis in ordine ad matrimonium, ejusve utili. Ubi notanda differentia: quod votum continentiarum impedit, & contractum, & usum Matrimonii: adeò ut eo voto adstrictus peccet, contrahendo Matrimonium, & debito petitum tendo, tametsi alteri petenti reddere teneatur. Votum vero Religionis ineundæ solum impedit contractum matrimonii, non vero ejus usum: ita ut

*Cap. III.*  
missionem  
isve Legio-  
nario probato-  
rem, & al-  
e, sed reca-  
nili potest  
eo calu-  
: necessari-  
tus, vel  
missione  
recurri pos-  
n dispensa-  
ii, Her-  
Eò, quod  
ad Legan-  
Episcopus  
are poterit  
s, quam  
non volen-  
jusmodi m-  
eregrinat-  
ia, & Re-  
jusve ufe-  
m contine-  
sum Ma-  
peccet,  
to petito-  
neatur. Vo-  
npedit, co-  
m: ita ut  
Sect. III. Votorum & Furamentorum dispensatio. 385

voto obstrictus peccet quidem mortaliter Matrimonium ineundo, eoque se impotentem reddendo ad executionem voti sui : at deinceps Matrimonio liberè, & licitè utitur, & petendo, ac reddendo debitum. Non enim fecit votum castitatis servanda, sed solùm de vovenda castitate : id, quod modo culpabiliter licet, contractâ impotentiâ, praestare non potest. Jam res valdè practica particulatim explicanda est.

*Votum emissum, & dispensandum, ante  
Matrimonium.*

**S**i solutus, vel soluta, ante contractum Matrimoniū, castitatem, vel Religionem vovit, nullus, nisi Pontifex Summus Jure ordinario dispensat, neque absolutè, neque ad effectum Matrimonii, secundum omnes. Solus Episcopus [ non Privilegiatus Mendicants ] per accidens dispensat ratione urgentis necessitatis, & impossibilis recursus ad Papam. Necessitas ordinaria, & sufficiens est, si ex dilatione Matrimonii usque ad responsum Pontificis ex parte voventis, seu inter contracturos urgeat periculum incontinentiae, scandali, vel alterius mali. Si Matrimonium differri nequeat sine gravi sponsi, vel sponsae, vel eorum familiæ dedecore: si sponsa deflorata, prolesve nascenda infamanda sit, &c. maximè, si Titius jam morti proximus, nisi Bertham suam ducat, relinquere filios illegitimos, vel orientur graves discordiae inter cognatos, & his similia, de quibus latè Sanch. l. 2. de Matrim. disp. 40:

*THEOL. MORAL. PART III.*

B b

*Votum*

386 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. III.

Votum emissum ante, & dispensandum  
Matrimonium.

75 **S**i quis, vel quæ voto continentiaæ antea emis-  
sione nulla obtenta dispensatione, adeoque cum ex-  
vi culpa, contraxit Matrimonium, etiamsi non  
consummaverit, multò magis, si jam consum-  
runt, liquidò dispensat Episcopus ad petentem  
debitum solum remanente firmo voto quoad  
ut potè ad non se polluendum, non fornicando  
servandam castitatem conjugé mortuā) id  
non amplius per accidens, sed per se potestate  
dinaria per consuetudinem legitime obtentā: ad  
que idem poterit per Privilegium Confessari  
Mendicans, ut §. 2. ostensum est, nec aliud  
addendum.

Votum emissum, & dispensandum post  
Matrimonium.

76 **S**i quis, vel quæ post contractum Matrimonio  
votum castitatis emisit sine licentia alterius  
conjugis cedentis juri suo, jam ex dictis liquet, que  
ordinario posse dispensare Episcopum, & per con-  
sequens etiam Privilegiatum. Non enim posse  
voovere absolutam, & integrum castitatem in pro-  
judicium alterius conjugis, cui reddere debitum  
justitia obligatur: vovit ergo solum castitatem par-  
tiale, & secundum quid, scilicet non petere  
debitum, quale votum reservatum non est. At vero  
si quis, vel quæ vovit castitatem integrum cu-  
consensu alterius conjugis approbativo, ac ceden-  
tibus juri suo: ut cum ambo conjuges mutuo con-

idem votum emittunt; dubium non est, Episcopum posse dispensare per accidens, ratione urgentis necessitatis ob periculum incontinentiae imminens, antequam possit recurri ad Pontificem: probabilissimum etiam posse dispensare per se; Jure ordinatio per consuetudinem quæsito; sicut si votum esset emissum ante contractum Matrimonium: eadem enim utrobius est ratio periculi incontinentiae. Ita expressè supponit noster Rodriguez *O.Q. Regul.* tom. I. q. 62: à 2. Et cum aliis docet Tamburinus lib. 3: c. 16. §. 4: num. 45: contra alios ideo negantes; quod tunc non teneatur cohabitare simul (sicut si votum ab uno ante Matrimonium contractum esset emissum) ideoque non urgeat periculum incontinentiae, quod est radix dictæ consuetudinis. Sed

¶. Facile negando conseq: Quia licet illud periculum fuerit radix, tamen occasione illius inducta est absoluta consuetudo, quæ in conjugatis possit ab Episcopis dispensari: & revera semper viva conjugé, sive coabitante, sive non, urget ad hoc illud periculum. Sed nunquid eo casu poterimus etiam dispensare Privilegiati? Negat discepte Rodriguez l. cit. *Quia; inquit; facultas impe trata tantum fuit pro illis, qui ante Matrimonium contractum votum simplex castitatis emiserint; non tamen pro illis, qui post contractum Matrimonium votum continentiae fecerant.* Hæc ille. Et verissimum est, non posse vi Privilegii illius Pii V. vivæ vocis Oracle concessi: probabile tamen; & ex dictis inferri videtur, posse vi alterius privilegii

B b 2

Dispensatio

388 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. III.  
dispensandi in omnibus votis , in quibus posse  
Episcopi potestate ordinaria. Sed ego nihil am  
mare ausim : ordinariâ & tutissimâ viâ ad Episcopum  
recurrentem censeo.

78 Advertendum autem hic semel pro semper,  
dispensatio hujusmodi in voto castitatis , sive  
sive post Matrimonium ; sive ab Episcopo ,  
Privilegiato concessa, non sit totalis, & absolu  
partialis tantum pro usu hujus Matrimonii , qui  
diu durat. Cùm enim tota ratio istius facili  
dispensandi sit urgens necessitas , ipsa dispensatio  
concessa non potest se amplius extendere , qua  
ipsa necessitas postulet. Unde talis , cum quod  
Matrimonium contrahendum , vel post con  
sum , ad eum utendum ab Episcopo , vel Privile  
giato dispensatum est in voto continentiae , solum du  
te Matrimonio debitum petere , ac reddere posse  
de reliquo remanente voto firmo & reservato ,  
interea teneatur servare castitatem conjugal  
( non fornicando , polluendo , morosè delectando  
aliis , &c. ) & post obitum conjugis , servare ca  
titatem integrum , etiam abstinentia ab alio con  
gio : quia nec prior necessitas , nec consequentia  
dispensatio se eosque extendebat. Secus ver  
ciendo peccabit contra votum suum non ab  
quam Summo Pontifice integrè dispensabile. La  
t. Ubi latè explicat , quod etiam , quando sum  
Pontifex dispensat cum illigatis voto simpli  
castitatis , non dispensem integrè , sed solum in pa  
nimirum respectu copulæ conjugalis , & uniu

tantum Matrimonii; indeque recte infert votum illud, etiam post dispensationem Pontificiam, quo ad reliquas partes castitatis manere reservatum.

Tandem quoad dispensationes votorum alias<sup>79</sup> Episcopi & privilegiati convenient in hoc, quod utriusque possint vota dispensare, vel commutare, etiam extra Sacramentum confessionis, immo etiam absentibus. Quia pro neutrī ullo jure, vel clausula istud exercitum ad solum forum Sacramentale restringitur: ut videre est apud Sanch. l. 4. Moral. c. 43. & alios passim. Praeter autem differentiam particularem in votis reservatis §. 2. in fine assertam, generaliter differunt sicuti excedentes, & excessi. Ex una parte, Episcopi possunt suam potestatem dispensandi, vel commutandi vota aliis delegare: quia in ipsis haec potestas est ordinaria: at Mendicantes non possunt, quia Delegati sunt. Ex altera parte, Mendicantes possunt exercere sua Privilegia circa omnes Fideles ad ipsos undecunque accedentes, agunt enim nomine Pontificis: Episcopi autem qui per suam Jurisdictionem agunt, ultra suos Diocesanos se extendere nequeunt. §. Extensionem facultatis dispensandi in votis adjuramenta, combinabo infra Sect. 4. §. 2. Regula 3. cum facultate commutandi.

## SECTIO IV.

### Votorum, ac juramentorum commutatio.

#### S U M M A R I U M.

80. Voti commutatio est translatio obligationis ab una materia ad aliam, &c.

B b 3

81. Et-

390 Tract. III. In II. Praecept. Decal. Cap. III.

81. Eaque in opus manifeste melius, Deoque gratius  
Et sancte fieri potest ab ipsomet habente.
82. Et 83. An vero ab ipsomet habente fieri possit in  
priori & quale, utrumque propabile est.
84. In opus autem minus, necessariò fieri debet ab aliis  
testatum habente?
85. Quam vota commutandi potest atem habet, quique  
bet dispensandi in iis; ut Pontifex respectu omnium  
Episcopi, & Prelati Exempti respectu suorum.
86. At etiam Confessarii privilegiati seu Mendicantes
87. Quaecunque autem vota, Et qua ratione referuntur  
Pontifici quoad dispensationem, eadem ratione  
servata sunt quoad commutationem.
88. Et econtra quacunque ratione eorum dispensatio  
esse reservata, eadem cessabit esse reservata commu-
89. Usque ad n. 94. Qui in Jubileos & se obtento obli-  
bel etiam noluit petere voti sui commutationem,  
petere potest, etiam post multos annos, à quo  
fessario tunc approbato. Doctrina Confessiani la-  
notanda.
94. Quare ratione potestas dispensandi vota extenditur  
ramenta pia, Et vota jurata, eadem ratione ex-  
tenditur ad ea commutanda. Usque ad n. 103.  
rum doctrina multum notabilis: que scil. Et quia  
ita commutari possint juramenta pia?
102. Quaecunque vota, bel juramenta in prajudicium  
dispensari non possunt, nec etiam ordinarii com-  
ri possunt.
104. Excipiuntur Et resolvuntur variis casus Valdi noti  
Usque ad n. 115.
115. Usque ad n. 121. An, quando, Et qualis re-  
causa commutandi vota, Et cetera?
121. Usque ad n. 126. traditur modus, Et quatuor Regulae  
commutare solenti plurimum observanda.  
Usque ad n. 134, recensentur exempla authentica-  
sus variis.
134. Observations, corollariae, Et casus variis.

## ASSERTIO IV.

**V**Otorum commutatio, omnium sensu, est translatio obligationis à materia voti prius facti ad aliam materiam priori subrogandam, ea in opus manifestè melius, Deoque gratius propria voventis autoritate fieri semper potest; non item probabilius in aequalē: certo non in minus; sed requiritur potestas superior; causa rationabilis: modusque conveniens. Idemque dicendum de commutatione Juramentorum, salvo jure tectii.

## §. I.

## Propria authoritas.

I. **V**Otorum commutatio in opus manifestè melius, Deoque gratius proprio voventis arbitrio, non licet modo, verum & sancte semper fieri potest. Negent licet graves DD. Antiqui, Innocent. Hostiens. Abbas, D. Bonaventura, Richardus, alii; est tamen jam communis recepta, & certa sententia DD. Lessius l. 2. c. 40. num. 101. Et optimè declarans Sanch. l. 4. Moral. c. 49. n. 4. Suar. l. 6. de voto c. 18. n. 4. Laym. cit. c. n. 19. alii passim. Sumitur ex c. 1. de vot. & ex c. 2. Furejrand. Ubi dicitur: *Propositorum, sive promissum, non infringit, qui illud in melius comutat.* Ratio est: quia votum est promissio facta Deo de meliori bono: at constat, quanto melius, & præstantius est bonum, tanto Deo gratius, & acceptius esse; quamobrem qui opus Deo promissum in melius commutat, is Deo abundantius satisfacit. Quemadmodum enim bonum melius continet in se semper eminenter minus bonum, ita consequenter solutio melioris eminenter

nenter

nenter continet solutionem minoris boni: de modō sit manifestē melius, & gratius Deo, in voventi sinē tergiversatione, vel dubitatione stet se votum suum in melius commutare, usi visti eleemosynam certo pauperi, qui tamen dum acceptavit, liberē potes dare alteri magis ti. Si vovisti linteamen Ecclesiæ, liberē potes mutare in Calicem, vel aliud ornamentum majoris. In dubio autem stabit possessio prligatione voti jam determinata ad certam viam, quæ privata voventis authoritate mutari potest. Ut si vovisti jejunium, non potes antea tuo commutare in Orationem, si non constet tunc esse gratiorem Orationem, vel saltem manifestē æquè gratam, juxta dicenda N. III. Excepda autem hīc sunt vota reservata & præjudicaria, de quibus §. seq. parebit.

**§ 2** II. Verius est commutationem, voti in quantumvis æquale visum, non posse propria ventis authoritate fieri. Est itidem communis sine dubio probabilior sententia DD. cum Sanc. Sanch. Laym. cc. II. Ratio: quia non potest a pro alio solvi, nisi constet de creditoris, vel præfarii consensu: at non constat nobis Deum contire, ut pro determinato voto solvatur ipsi etiamsi æquale: quin potius videtur velle, ut in determinata specie fideliter reddatur. Ne enim hīc adest ratio interpretationis divinæ Votatis, sicut adest in commutatione voti in mensura. Quod si occurrat causa ita commutandi votum aliud, eam cognoscere ad Superiore pertinet.

III. Certè tamen etiam probabilis est sententia op-<sup>83</sup> posita affirmans, quamlibet proprio arbitrio com- mutare posse votum suum in aliud opus manifestè æquale. Sic *Major*, *Henriquez*, *Rodrig. Medina*, *aliisque citt. Diana* p. 3. tr. 11. resolut. 48. Tamb. l. 3. Dec. c. 16. §. 5. n. 14. & probabile facetur *Suar. cit. l. 6. c. 20. n. 4.* Ratio est: quia si materia est evidenter æqualis, non potest non esse Deo æqualiter grata, nobisque proficia; neque enim cultui Dei, neque saluti nostræ aliquid derogatur, quando aliud æquè bonum præstamus. Adde etiam homini per æquale satisfieri, si ipse invitus non sit. At Deum non esse invitum ad opus æqualiter bonum, satis ob suam benignitatem præsumere debemus; ergò & ipsi satisfiet. Est quidem opus promissum Deo, eò ipso, quo promissum est, cæteris paribus, melius non promisso: at certè vovens volens satis facere Deo per aliud æquè gratum Deo, eam bonitatem operis promissi transfert in opus subrogatum, & sic efficit etiam formaliter æquale. Cæterum notant Doctores hujus probabilis sententiæ opus subrogatum debere esse manifestè, & evidenter æquale operi promisso per votum: & quia hoc dignoscere plerumque difficile est, ne fallamur in subrogando, consulendum esse, ut aliquantò plus subrogetur, cum quis propria autoritate vult commutare votum suum. Vides jam, quām consultius sit eo casu petere commutationem ab habente potestatem commutandi, quippe qui in hoc aliquantò liberior est, ut infrà patebit. Maneat ergò prior sen- tentia & probabilior, & tutior.

B b f

**84** IV. Tandem certum apud omnes est, votum propriā authoritatē non posse commutare votum suum in opus minus bonum quomodounque sed id necessariō debere fieri authoritatē Superiori Ecclesiasticā ordinariā, vel delegatā. Quia quod admodum omne votum contrahit vinculum fidelitatis obligationis ad Deum, ita omnis voti respectus ad potestatem spiritualem jurisdictionis ea solutio fiat per dispensationem, siue per consultationem tantum: alioquin frustra Confessarii ferrentur Privilegia commutandi vota. Et quod commutatio voti in aliquid notabiliter minus potest fieri, nisi per potestatem dispensandi: enim remittitur partialis obligatio voti, quae uero est partialis dispensatio. Commutatio autem in aliquid non notabiliter minus, seu paulo minus (cum parum pro nihilo reputetur) adhuc potest & debet fieri per potestatem commutandi, ut videbimus.

### §. II.

#### *Potestas commutandi vota.*

##### REGULA I.

**85** **Q**uisquis habet potestatem dispensandi uero etiam commutandi habet. Res liquidata potestate ordinaria; nimis summum Pontificem in tota Ecclesia, Episcopum in sua Diocesis Prælatum exemptum respectu suorum Religiosorum, sicut dispensandi, ita à fortiori etiam commutandi vota potestate ordinaria pollere, ob rationem mox reddendam. Nec amplius dubia res potestate delegata, quod videlicet, cuicunque p-

## Sect. IV. Votorum &amp; Juramentorum commutatio. 395

delegationem, vel Privilgium commissa, vel concessa est potestas dispensandi, etiam censeatur esse, & re ipsa sit commissa, vel concessa potestas commutandi vota proportionaliter. Sic (contra *Navar. Sylv. Azorium, Sanchez & alios*) communis & recepta jam sententia DD. *Sotus, Henriquez, Syl.* aliisque congestis, *Suarez l. 6. de voto c. 12. n. 10.* *Laym. cit. n. 20.* & alii moderni passim. Ratios dat Regula 53, in 6. *Cui licet, quod est plus,* licet utique, *quod est minus.* Quod maximè locum habet, si minus subordinetur majori, seu in eo contingatur, tanquam imperfectum in perfecto: at qui voti commutatio est velut imperfecta dispensatio, & multò minor illā: siquidem per dispensationem vinculum voti simpliciter tollitur, per commutationem autem solum secundū quid: quia ab una in aliam materiam transfertur; & certè, qui potest remittere totum debitum, post & partem. Accedit; quod raro admodum adsint causæ, ob quas vota simpliciter relaxari, vel dispensari debent aut possint, sed plerumque dispensationi commutatio aliqua adjungi debeat, & soleat: quare præsumendum est, mentem Pontificis conferentis alicui potestatem dispensandi in votis, esse, ut hæc facultas exerceatur secundū consuetum Ecclesiæ morem: nimirū, cùm justa ratio totum condonandi non subest, commutando in aliud opus minus: quod si in minus, cur non etiam in æquales ut prudenter arguit Laymanus *sopè cit. cap. 8. num. 10.*

Certum ergo esto Confessarios approbatos Or-**86**  
dinum

dinum Mendicantium, sicut privilegio generali habent facultatem delegatam dispensandi, ita etiam habere proportionaliter facultatem commutare omnia vota, quæ potestate ordinaria dispensari vel commutare potest Episcopus. Quamvis etiam Delegatus, vel Privilegiatus non possit subdelegare potestatem suam commutandi votum tamen, præsertim ob causam, v. g. occupatione multitudinem consitentium, &c. potest dicere mutationem postulanti: *Commuto hoc tuum tum in illud opus, quod ille Sacerdos (quidam Sæcularis?) doctus designaverit, cuius officio te state volo.* Ita post *Vivaldum, Sandeum, Lessium, alias Laym.* cit. n. 27. Gobat de Leo c. 39. n. 305. in fine. Ratio est: quia ille designando opus subrogatum non exercebit auctoritatem jurisdictionis, sed nudum ministerium intellectu substituendi, quod cuicunque viro docto committi nihil prohibet. At, quid si interea, quam ab illo alio viro docto fiat actualis substitutionio, occurrat occasio voti observandi? V.g. Votum singulis feriis sextis jejunare in pane, & a virum doctum convenisti, vel convenire potes. Resp. Non peccabis non observando votum: nam re ipsa jam facta est commutatio, id que jam cessavit voti prioris obligatio, & ad jam alia nova obligatio, scilicet acceptandi, & incepit exequendi onus, quod ab illo viro docto imponetur: quod quidem onus non debes subiungere antequam imponatur. Ita (contra Rodriguez)

legio gene  
landi, ita et  
commuta  
ria dispensa  
Quamvis  
on possit ab  
atandi vota  
occupatione  
est dicere  
hoc tuum  
os. ( quid  
it, cuius  
um, Sanc  
obat de  
quia ille  
ercebit ac  
m intellect  
ro docto co  
nterea, a  
ualis subor  
? V.g. Vo  
ne, & a  
n illum al  
enire potu  
vando vota  
autatio, id  
io, & a  
tandi, & i  
lo viro doc  
debes subor  
Rodrigues  
op

*Sect. IV. Votorum ac Juramentorum commutatio. 397*  
*optimè Sanch. Lessius, Portellus noster, eosque ci  
tans Gobat eodem c. 39. n. 306.*

## REGULA. II.

**Q**uæcumque vota, & qua ratione, quoad dispensationem Pontifici reservata sunt, corundem etiam eadēmque ratione, commutatio reservata est; sic, quod ea neque inter se, neque inter alia opera, quantumvis manifestè meliora sine Summi Pontificis licentia commutari possint ab ulla potestate inferiori ordinaria, vel delegata, multò minus propria voventis autoritate: eo quod eorum etiam comutationem sibi reservarit Pontifex. Imò Extrav. Et si dominici de panit. & remiss. in 6. excommunicantur ea vota commutantes sine Pontificis licentia. De quibus latè Suar. lib. 6. c. 21. Azorius l. 11. c. 18. q. 4. alii citt. Excipitur tamen semper votum solemne Religionis: in illud enim omnia prorsus alia vota, etiamsi alioquin reservata etiam propria autoritate commutari possunt, & ex dispensatione Juris defacto commutantur. c. Scripturæ de voto. *Reus fracti voti non habetur, qui temporale obsequium in perpetuam agnoscitur Religionis observantiam commutare.* Docetque unanimis ferè Doctorum sententia cum S. Thoma 2. 2. q. 88. c. 12. Et universaliter quoad vota tam realia, quam personalia cum aliis docet Pellizarius in *Man. Regular.* tom. I. tr. 3. c. 4. n. 19. Ratio scilicet est; quia votum Religionis, quo homo seipsum, & omnia sua Deo in perpetuum obsequium consecrat, sua universalitate actionum, & temporum omnia omnino alia vota in se eminenter

CON-

398 Tract. III. In II. Præcept. Decal. Cap. III.  
concludit, & etiam jam facta, cùm emititur,  
lut in se absorbet.

38 Contra verò quibuscunque modis, & cal-  
lērundem votorum dispensatio per se, vel per-  
dens cessat esse reservata Pontifici, & ad Episcopos  
vel Privilegiatos devolvitur, iisdem etiam  
sequenter cessabit esse reservata commutatio-  
ni ergo illi & casus Sectione præcedent. §. 3.  
latè explicati quo ad dispensationem, per dimi-  
plicandi sunt commutationi. Potrò quantum  
generalì concessionē, vel indulto dispensandi  
commutandi omnia vota, non intelligantur  
quinque reservata, ut habet communis intelli-  
Doctorum cum Sanich. l. 4. Moral. c. 40. nun-  
quando tamen in generali concessionē dispensari  
vel commutandi omnia vota, excipiuntur duntas  
vota Religionis, & continentiae, prout videtur  
fieri in novissimis Jubileis plerisque, omnino  
telliguntur etiam permitta reliqua vota trium pe-  
grinationum, saltem durante tempore Jubilei.  
nunquid non etiam postea? Enī tibi sicutam  
lutarem doctrinam.

39 §. Quisquis aliquando lucratus est Jubilei  
præstitis nimium omnibus ad lucrādos Ju-  
favores requisitis, potest multis etiam annis  
Jubilei tempus transactum à quovis id tem-  
probato Confessario obtinere commutatio-  
omnium votorum, quorum commutatio  
prius oblitus est, petere, aut etiam tunc petere  
luit, exceptis duntas castitatis perpetua, &  
ligionis votis, adeoque non exceptis votis tripli-

. Cap. III. **Sect. IV. Votorum ac Juramentorum commutatio. 399**

peregrinationis. Ita Sanch. Lessius, Sanctarellus, Portellus, Castro-Palauus, Diana, eosque recitans P. Gobat. Quinarii tr. 3. de jubile 1. 32. Doctrina hæc duplii inititur fundamento.

**Fundamentum unum est.** Licet in Jubilei Bullis 90 fiat mentio Confessarii in singulari numero: attamen potest quis favores Jubilei petere à diversis Confessariis singulos à singulis: Ita in terminis Card. de Lug. de panit disp. 28. n. 170. ubi afferit: quod tempore Jubilei possit quis quemlibet ex approbatis Confessariis, etiam cui non solet, vel non vult confiteri, eligere, & quidem vel ad omnes effectus in Bulla concessos, vel ad aliquos tantum, nec necesse esse, ut quem eligit ad unum, eligat ad reliquos omnes. Consentit Sanch. lib. 4. Moral. c. 54. num. 17. & quoad opera præscriptorum, & quoad votorum commutationem. **Ratio** hujus fundamenti est; quia Bullæ Jubilei, quæ novissimi Pontifices edunt, non indicat illam necessitatem petendi hos favores ab uno, eodemque Confessario: ergo nec nos debemus illam fingere: cum præsertim favores Jubilei sint amplissime interpretandi, ut bene ostendit idem Gobat. *codem tract. num. 24.*

**Fundamentum alterum est.** Jubileum semel 91 obtentum dat Jus omni tempore, etiam post Jubileum, eligendi Confessarium pro his gratiis acquirendis, quæ tempore Jubilei obtineri poterant, & obtentæ non sunt. **Ratio** hujus fundamenti fundamentalis est; Quia licet Pontifices in Bullis jubilei operum præscriptorum executionem affigant certe

400 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. III.  
certo tempori, scilicet spacio duarum hebdomadum, gratias tamen, & favores, quos inculpatorum operum impertiuntur, minimè alligantur certo tempori. Dicunt enim quidem: qui in duas hebdomadas designatas ieiunaverit, Ecclesiam visitaverit, confessus fuerit, &c. At non dicunt poterit eligere Confessarium, qui intra illas hebdomadas illum absolvat, vota committit, Sed absolute: qui illum absolvat, vota committit, &c. Ergo cum ipse Pontifex non restringat, & quin privilegium Principis sit amplissimè intendandum & propositum indefinita in materia dictio nisi aequiparetur universali: non est factum eligendi Confessarium pro commutatione votorum restringenda ad tempus Jubilei præscriptum, latè extendenda ad quodvis tempus, & respectu favorum, qui tempore Jubilei acquisi- tuerunt, & salvâ legitimâ operum præscriptione executione, obtenti non sunt. Juvat audire P. Gobat, ex propria praxi practicè suadentem dm n. 243. post medium.

52 Unde ego non semel dicentes mihi, se ante vel decem annos edidisse hoo, vel illud votum nunc liberarentur libenter propter hanc, vel non irrationabilem causam: mox interrogavi non interea essent potiti aliquo Jubilei? Responsebus affirmatiæ, commutavi illud votum ob viam energiam obtenti Jubilei. Etsi quippe ego per pietate Ordinibus Mendicantibus communione aufundi vota penitentium omnium: quia tanquam incommunio acta vi Jubilei non exigit tamquam

commutandi causam. ( ipsa nimurum impletio operum præscriptorum præbet sufficientem causam commutandi vota ita volenti nullâ aliâ allegatâ causâ, ut habet *ibidem* n. 292.) quam quæ sit vi privilegiorum Apostolicorum: idcirco prudenter usurpatur doctrina traditi fundamenti, singulariter quando Confessarius intelligit pœnitentem sat crebro egisse contra suum votum, idq; propter aliquam novam et si non gravem, circumstantiam supervenientem. Sic ille sapienter.

S. A fortiori ergo Confessarius ipso tempore Jubilei, quando vult attentiū considerare vel qualitatem causæ, vel modum commutationis, poterit ipsammet commutationem differre in unam, alteramque hebdomadam post Jubileum, dicendo pœnitenti: *Commutabo tuum votum, ubi maturius cogitavero, quid ad anima tua salutem, & profectum expiat.* Ita *Suar.* l. 6. de voto. c. 16. n. 15. *Sanch.* l. 4. c. 14. n. 33. *Gobat.* c. 39. n. 307. Ratio est: quia sicut cum quid prohibetur, omnia prohibentur, quæ sequuntur ex illo: *Reg.* 39. in 6. ita etiam qui dat potestatem, dat simul omnia, quæ ad illam moraliter consequuntur, seu ad ejus convenientem usum necessaria sunt. Quin imò potest hoc facere Confessarius, et si nullum in specie votum intelligat. Si enim pœnitens dicat se habere plura vota, in quibus juvari cupiat, potest Confessarius aliis negotiis implicitus respondere: illa vota mihi post exactum Jubileum indica, & commutabo, &c. Ita *Sanch.* cit. c. 37. & *Castro-Pælans* *Gobat.* l. cit. contra *Smar.*

THEOL. ORAL. ARS

C c

RE-



## REGULA III.

94 **Q**uibuscunque modis extenditur potestas dis-  
pandi vota ad juramenta pia, iisdem tamen  
foreiori extenditur potestas commutandi vota  
eadem juramenta: atque adeo quicunque habet  
testatem ordinariam, vel delegatam dispensandi  
per dicta consequenter, etiam commutandi vota

65 I. Is potest dispensare, & commutare ea  
vota etiam jurata, seu juramento confirmata,  
potestate ordinaria nemo ambigit. De delegati  
testate per Privilegium, vel jubileum tutio de  
communius Doctores. Sanch. l. 8. de Matt.  
2. n. 24. Suarez l. 6. de voto c. 14. n. 19. Laym.  
tr. 3. c. 11. n. 3. Diana p. 1. tr. II. Resolu. 4.  
bat de Jubileo Quinarii tr. 3. c. 48. n. 287. In  
dans rationem: *Quia juramentum voto firmatum*  
*superadditum non parit Deo maius ius, quam si*  
*votum firmaretur per sui revocationem: sicut si*  
*votum millies renovatum potest per Bullam Iu-*  
*commutari, ita & firmatum per mille jurame-*  
Sic ille. Idem erit de privilegio. Ratio  
communis est: quia votum, etiam acceden-  
tamento, eandem naturam obtinet: & jurame-  
num additum actui induit naturam, & condi-  
tum illius, cui additur, eoque ruente, etiam ipsum  
ruit: ergo non obstante juramento, habens potes-  
tem, sive ordinariam, sive delegatam dispensare  
vel commutandi vota, adhuc poterit dispensare  
commutare illud votum, quo sublatu, nec  
riò etiam corruet juramentum additum. Ve-  
quia contrarium docent gravissimi DD. B.

riq. Rodriq. ipséque Lessius l. 2. de justit. cap. 40  
dub. 11. ad majorem securitatem Gregorius XIII.  
Privilegium concessum Societati JESU commutandi  
omnia vota Pontifici non reservata extendit ad  
vota etiam jurata, attamen sine præjudicio tertii,  
quod per communicationem privilegiorum etiam  
cæteris Mendicantibus concessum censemur. Et sic  
res rursus salva est, cum rarissimè conveniat fieri  
dispensationem; maximè à Delegato, vel Privile-  
giato, absque aliqua commutatione.

II. Is potest etiam dispensare, vel commutare<sup>96</sup>  
juramenta absoluta, & per se stantia principaliter  
in honorem Dei edita de aliquo faciendo, vel omit-  
tendo ( saltem in materia non reservata Pontifici )  
etsi secundariò in commodum proximi tenderent,  
ut si absolute jures, te Oettingam peregrinaturum,  
non amplius lusurum, vinum non bibiturum, tan-  
tam elemosynam daturum, &c. De potestate or-  
dinaria rursus in confessio est. De potestate de-  
legata per privilegium, vel Bullam Jubilei, plurimis  
allegatis, docent Suar. cit. c. 14. num. 6. Sanch. l. 4.  
Moral. c. 53. num. 8. Tannerus tom. 3. disp. 5. q. 5.  
num. 38. contra Lessium Azorium, alios. Ratio est;  
quia votum & juramentum in honorem Dei abso-  
lutè facta, maximam similitudinem habent, diffi-  
cile discernuntur, atque in jure etiam æquiparan-  
tur, eò, quod utrisque planè sit similis obligatio  
erga Deum tantum ex virtute Religionis: in voto  
quidem, quia Deo vovens fidem suam dedit de fa-  
ciendo aliquo in ejus honorem; in juramento vero,  
quia jurans Deum invocavit sponsorem suæ pro-  
missæ.

Cc 2

404 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. III.  
missionis etiam principaliter ad honorem Dei fecit  
adeoque dispositum de uno ( saltem in favoribus)  
merito censeatur etiam dispositum de altero  
ut proinde dans potestatem solvendi unum, con-  
seatur dare ad solvendum alterum: nam certe Pater  
quando dat potestatem dispensandi, vel  
mutandi vota, habet rationem solius juris, quod  
Deus per votum acquisivit: Idem autem, ac si  
limum jus acquisivit per tale juramentum.  
*firmatur efficaciter.* Dans Privilegium Gregorii  
*extensione* supra dicta commutandi vota juramenta  
concedit posse commutare duo vincula, & vota  
juramenti: ergo etiam concedit posse illos com-  
mutare, quando adest unum tantum vinculum,  
licet juramenti tantum: quid enim tollit, vel ad  
ista conjunctio juramenti cum voto, si non  
sine prejudicio tertii? Quare merito Basilius pri-  
tius l. 9. de Matr. c. II. n. 4. asserit, sibi vis-  
certam Regulam: quoties datur potestas ad dispen-  
sandum in voto, toties dari ad dispensandum eni-  
m in juramentis, eodem quod Juramenta votis aequi-  
tentur, & pro votis habeantur, in quibus Dei  
constituitur creditor.

97 §. Dixi per parenthesin: *salem in materia*  
*reservata.* Communior enim & in praxi magis  
cepta est Sententia Cajetani, Tolet. Valent. Azara  
aliorum cum Laym. cit. c. II. n. 4. quod Papa  
reservatio votorum extendatur etiam ad reservatio-  
nem juramentorum in eadem materia, scilicet Ro-  
ligionis, Continentiae perpetuæ, & triplicis illi-  
peregrinationis, ob predictam aequiparationem

ris, & consuetudinem Ecclesiæ. Contra tamen sentiunt Retrus Ledesma, Navarrus, Tabiena, alii cum Sancb. supra. Tamb. l. 3. c. 7. §. 3. n. 7. Caif sing. de privil. Regul. tr. 5. prop. 2. Nimirum reservationem papalem votorum, alias strictè interpretandam, non debere extendi ad reservationem juramentorum in iisdem materiis, quippe diversæ rationis, & minoris obligationis: atque adeò privilegium Confessarium Ord. Mend. adhuc dispensare posse in juramentis piis circa illas quinque materias. Agnosco probabilitatem saltem extrinsecam, sed oppositum tutius.

III. Is etiam dispensare, & commutare potest 98 vota & juramenta pia absoluta per se stantia (nulla promissione factâ homini) etiam simul edita in utilitatem hominis, vel Ecclesiæ, seu cum ordine ad certam personam, Ecclesiam, Monasterium, si nondum acceptata sunt. Ut si vovisti, vel jurasti absolutè hunc pauperem alere, huic Ecclesiæ Calicem dare, &c. *Communis apud citr. Ratio est: quia* cùm illa sint juramenta pia, ratinent æquiparationem cum votis; &, cùm nondum acceptata sint, nullum jus justitiæ acquisitum est illi certæ personæ vel Ecclesiæ: ergo sine injuria, vel præjudicio cùjuspiam, ob causam rationabilem ab aliis habente potestatem dispensandi vel commutandi vota, & juramenta pia, relaxari, vel commutari poterunt. Sed vide mox N. IV.

§. At verò juramenta ejusmodi absoluta non ita 99 pia: seu intuitu Dei facta, sed præcisè, & principaliiter in utilitatem hominis edita: ut si absolutè ju-

406 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. III.

res re Titiam ducaturum, vel dotaturum: Cajo  
cuniam daturum, &c. Cum & haec nullum jus fi-  
ctum alteri ante acceptationem pariant, possit  
quidem jure ordinatio ab Episcopo, aliisve Pra-  
similem potestatem jurisdictionis habentibus,  
gravem causam relaxari, vel commutari,  
communem DD. Cajet. Navar. Sylv. Sa., Sa.  
Sanchez, eosque citans Laym. l. 4. c. II. n. 8.  
certe probabilius minimè à Delegato per Pri-  
gium, vel Jubileum: ut contra Rodrig. &  
pluribus citatis docent iidem Sanch. l. I. de-  
disp. 37. n. 17. & Laym. cit. n. 8. §. Verum  
Ratio est: quia talia juramenta, licet per illa nullum  
jus efficax alteri parti acquisitum sit, ob defi-  
nitam acceptationis, vel etiam injuriam; nullam tan-  
cum votis similitudinem vel juris æquiparationis  
obtinent: quæ tamen æquiparatio præcipua est  
est ratio extendendi facultatem dispensandi,  
commutandi vota ad juramenta. Unde nihil  
placet, nec tutum videtur, quod Diana p. s. m.  
resolut. 56. & Tamb. l. 3. Dec. c. 7. §. 2. num  
extendunt ad casum, quo juramenta ob injuriam  
tertii, metum, vel dolum, (v.g. solvendis  
usurario, peccani latroni, &c.) relaxari posse  
ab Episcopo, posse tunc etiam à Privilegiato, ve-  
tute Jubilei commutari, eò, quod & hic commu-  
tatio fieri possit sine præjudicio tertii. At certe in  
nulla adest similitudo, vel æquiparatio cum vota

100 IV. Quin etiam ejusmodi vota, vel jurame-  
nta ipse vovens propria authoritate commu-  
tare possit in aliud manifestè melius, & securius

probabilem Sententiam, etiam manifeste æquale. Idque de votis, & juramentis piis absolutis principaliter ipsi Deo factis ex dictis liquidem est; & probabilissimum etiam de juramentis piis in hominis utilitatem editis, sed nondum acceptatis, v.g. votit, vel juravit quis eleemosynam certo pauperi, calicem certæ Ecclesiæ, &c. antequam fiat acceptatio, potest vovens, vel jurans propria authoritate, & arbitrio, mutatō consiliō, eleemosinam dare alteri pauperi, calicem alii Ecclesiæ egentioti. Quia ex una parte, Deus semper est contentus de meliori bono: & ex altera parte talis commutatio non sit in præjudicium hominis, vel Ecclesiæ illius, quippe cui nondum acceptanti nullum jus acquisitum fuit.

§. Hic rectissimè monet Laym. cit. c. II. num. 7. 101  
in fine: in commutatione ejusmodi votorum, ac juramentorum in utilitatem certi hominis, vel Ecclesiæ editorum, etiam habentibus potestatem cavendum, ne, si ea aliis innotuerunt, scandalum, vel offensio animorum oriatur. Item ne à privilegiatis Officio Ordinarii præjudicetur, postquam talia vota, vel juramenta in publicum devenerunt. Etsi enim ea vota, vel juramenta nullum pariant jus propriè dictum, vel actionem in judicio tanquam quid ibi jure debitum exigendi, pariunt tamen jus quoddam generale officium judicis implrandi, ut ita vovens, vel jurans compellatur ad executionem. Unde & Judex Ecclesiasticus hominem ad impletionem hujusmodi voti, vel juramenti cempellere debet, nisi vel ipsem, vel alius simili potestate, quamvis delegatâ tantum, prædi-

408 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. III.  
tus ob justam causam relaxandum, vel commu-  
num judicarit, ut notat ibidem Laym. n. 6. infa-

#### REGULA IV.

102 **Q**uacunque vota, vel juramenta in prejudicio  
tertii dispensare nequeant, etiam cumum  
nefas esto. In utroque enim eadem erit ratio  
judicii. Hic certa à minùs certis separanda

103 I. Certum apud omnes, juramenta promi-  
facta homini, seu confirmatoria promissionis  
ipsi homini, vel Ecclesiæ, Monasterio, &c. que  
ad utilitatem principaliter edita, & legi  
acceptata ordinare nulla potestate ordinari,  
delegata, relaxari, vel commutari posse, sine  
sensu ejus, cui tale juramentum præstitum  
*Ratio clara est: quia tali juramento legitimè ac-  
tato, vel homini Ecclesiæ verum, & propri-  
etatum jus acquisitum est: quo proinde sicuti in  
bonis, privari non potest absque suo con-  
vel culpa. Unde & in privilegiis, vel indolis  
spensandi, vel commutandi vota, vel juramen-  
semper additur, & nisi addatur, subintelligi-  
bet: ut in fiat sine prejudicio tertii. Tunc autem  
dispensatio, vel commutatio verissimè fit cum pre-  
judicio tertii, quando alteri parti promissio  
juramento sibi factam acceptanti verum jus ju-  
riæ acquisitum est. Unde & hæc juramenta  
acceptationem relaxari, vel commutari poterunt  
quia id commune est omnibus pactis, ut, nihil  
altera parte acceptata sint, nullam obligationem  
pariant. Ratio autem disparitatis à prioribus a-*

Quia vota, & juramenta pia, etiam in gratiam hominis edita, principaliter ipsi Deo fiunt: adeoque Deo, non homini ( qui habet se solum ut materia, circa quam voti, vel juramenti ) per ea jus, & obligatio acquiritur: at verò juramenta promissoria facta homini, vel Ecclesiæ, & acceptata, jus & obligationem ipsi homini, vel Ecclesiæ pariunt: Atqui Deus obligationem remittere censetur, si Ecclesiæ Prælatus ita judicet expedire, ut relaxentur, vel commutentur vota, vel juramenta sibi facta: homo autem non censetur remittere jus, & obligationem sibi factam ex juramento alterius acceptato: Ideoque ejus voluntas & commodum spectari debet, ut eo invito, vel non volente, relaxari, vel commutari nequeat.

s. Dixi: *Ordinariè.* Excipiendi enim sunt ca- 104  
sus ex communis DD. apud Laym. cit. c. 11. n. 5.

1. Si bonum commune Ecclesiæ, vel Reipublicæ ( cui quodvis bonum privatum posthaberi debet ) relaxationem talis juramenti postulet. Tunc enim summus Pontifex ex plenitudine potestatis in causis bonum totius Ecclesiæ, & proportionaliter Episcopus in causis bonum suæ Dioecesis concernentibus, ejusmodi juramenta, etiam invita altera parte, relaxare, vel etiam commutare poterit; & quidem hi soli, spectando potestatem directam relaxandi juramenta per modum judicii, & absolutonis, quippe omnino spiritualem, adeoque ad solos Ecclesiasticos Prælatos pertinentem. Indirecta autem potestas relaxandi juramenta ratione materiæ, aut supplendo vicem ejus, qui remittere deberet,

etiam

410 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. III.

etiam ad potestatem sacerdotalem pertinere potest.  
Ut si Laica potestas ob justam & publicam causam  
aliquid alicui præcipiat. v. g. Magistratum pere,  
militiam inire, &c. quæ forte dejeravit, obstante, sed eo ipso indirectè relaxatō juramento  
subditus parere debet. De quo pluribus Laym.

105n. 9. alii apud ipsum. 2. In poenam crimini  
eo commissi, cui juratum est. Sicut enim crimi-  
nosus à judice suâ pecuniâ mulctari potest, ita &  
re suo, quod ex promissorio juramento acqui-  
spoliari. Qua ratione c. Nos. Sanctorum. Et c.  
ratos 15. q. 6. absolvuntur à juramento fidelium  
subditi excommunicatorum, donec illi ad factio-

106n. 3. Ratione gravis injuria, q.  
jurans passus est, ut potè quia injusto metu, la-  
promissorio, seu ab altera persona adjurandum  
etius est: vel quia dolus, vel enormis læsio in  
tractum incidit, v. g. Emptor ultra dimidium  
tii justi læsus est: tunc enim petitâ, & impedit  
ab Episcopo juramenti relaxatione, adigi potest  
contractus rescissionem, vel justi pretii supple-

107n. 4. Addit D. Thomas 2. 2 q. 89. a. 9 ad 3.  
muniter receptus. Quandounque aliquid jura-  
mento promittiatur, de quo dubium est, utrum  
licitum, aut illicitum; proficuum, vel noxiū, n*on*  
lo potest quilibet Episcopus dispensare. Eadem  
ratio de votis in similibus casibus.

108 §. Tandem omne ejusmodi promissorum,  
acceptatum juramentum, omnium consensu, tol-  
tur liberâ alterius partis condonatione, vel ren-  
fione: nam in omni juramento quantumvis ab  
§.



Sect. IV. Votorum & jurament. commutatio. 4 li.  
 lute facto, inter alias, etiam hæc tatica intelligitur  
 conditio, si is, cui, ac in cuius gratiam, & utili-  
 tatem juratum est, volit acceptare: aut, nisi is ob-  
 ligationem expresse, vel tacite remittat. Nota co-  
 pulationem: in cuius gratiam & utilitatem jura-  
 tum est: hinc si quis alicui quidem juret aliquid, at  
 non in ejus gratiam & utilitatem, sed potius in ho-  
 norem Dei, vel salutem propriam: ut si iures Con-  
 fessario te opus bonum facturum, Religionem in-  
 gressurum, &c. Eo casu rectissimè dixit D. Thomas  
 cit. a. 9. ille, cui promittitur, non potest absolvere  
 promittentem, quia missio non est facta ei princi-  
 paliter, sed DEO. Rursus, si juramentum fiat qui-  
 dem in alicujus gratiam, at non in ejus, sed alterius  
 utilitatem: v. g. Petrus in gratiam sui Confessarii  
 intercedentis jurat huic pauperi eleemosynam, vel  
 victum daturum, postquam acceptavit pauper,  
 Confessarius obligationem remittere non poterit:  
 quia non ipsi, sed pauperi jus acquisitum est. Cæ-  
 terum quando duo sibi invicem juraverunt in mu-  
 tuam utilitatem ac gratiam, mutuo consensu sibi in-  
 vicem obligationem condonare poterunt. At ve-  
 rò, si ambo juraverunt in gratiam & utilitatem ter-  
 tii, v. g. pauperis, Ecclesie, &c. Ut si duo jurâ-  
 runt collatis expensis educare pauperem studiosum,  
 dotare pueram, calicem dare Ecclesia, construere  
 Altare &c. post acceptationem alterius partis, sibi  
 mutuo obligationem condonare non possunt, sed  
 requiritur condonatio tertii, in cuius utilitatem ju-  
 ratum est, ob rationem modò dictam.

§. Quid si quis qui jurasset principaliter in suum 109

pro-

proprium commodum: v. g. se velle ire Romanum  
*Beneficio*, vel dispensatione impetranda: velle  
 re eleemosynam a tali divite, & poteritne remi-  
 tre sibi ipsis? Negat *Suar. l. 2. de juramentis*.  
 ante ipsum Abbas in c. *Quanto de jurejurandis*.  
 post alia dicens: *Secundus puto, ubi quis simpliciter*  
*raret ad proprium commodum.* Nam non pos-  
*sibi ipsi remittere juramentum ne autorizet*  
*et proprio.* Sed placet *Sententia Tamburini*.  
*Dec. c. 7. §. 2. n. 5. iis verbis:* *& refecto disci-*  
*non inspicio, cur recipiens juramentum alterius*  
*suam commodum remittere possit, non possit autem*  
*remittere recipiens juramentum suum.* Et mo-  
*bile mihi est. Patri juranti se emptarum exi-*  
*si in eodem filii, licere non emere, filio remittit*  
*at juranti eundem se emptarum in eodem suum*  
*non licere, se volente commodum illud renunciare.*  
*Prout igitur, propter paritatem rationis licet,*  
*que id est autorizare in facto proprio; sed suae*  
*te suam utilitatem negligere. Confirmatur.* *Q*  
*supradicimus ex Sanch. lib. 3. Dec. c. 9. n. 1.*  
*Juramentum de non vendendo minoris posse revo-*  
*ti ab ipso jurante, quando in utilitatem propriam*  
*est emissum: ergo & universaliter in causa nostra.*  
*Hæc Tamb. cui assentior.*

310 II. Universaliter quævis vota, & juramenta  
 amplia, & principaliter in honorem Dei facta,  
 tam en in hominis, vel Ecclesiæ utilitatem deter-  
 minatè edita, præstandi nimisrum aliquid certæ per-  
 næ, vel Ecclesiæ, ab altera parte cognita, & accep-  
 ptata; ut si vovisti, vel jurasti ob amorem, & la-  
 uorum.

norem Dei hinc pauperi eleemosynam, huic Ecclesia calicem dare, &c. eaque acceptata sint, ordinario jure nulla potestate ordinaria, vel delegata, dispensari, vel commutari posse, multò minus propriâ ventis vel jurantis autoritate, etiam in quodvis melius converti, communis, probabilissima, & securissima est Sententia Doctorum apud Sanch. & Laym. sæpè citt. Ratio enim supra data videtur etiam hic urgere universim. Quia per ipsam acceptationem altera pars acquisivit jus, quo privari nequit nolens: omnis enim promissio etiam jurata, relaxari, vel commutari potest cum consensu ejus, cui, vel in cuius gratiam, & utilitatem facta est: atqui Deus quidem semper contentus esse censemur, si votum vel juramentum ipsi principaliter factum in aliud melius, aut legitima autoritate, in quodvis aliud commutetur: homo autem certè non censi potest esse contentus, si promissio, vel juramentum in suam utilitatem factum, & acceptatum, in aliud, et si absolute præstantius, at non ipsi commodius, sed secus, commutetur: ergo si post acceptationem, eo non volente, relaxetur, vel commutetur in aliud, quantumvis absolute melius, verum patitur præjudicium, quod in omni hujusmodi dispensandi, vel commutandi facultate exclusum esse diximus. Excipiendi tamen rursus hic sunt casus *præcedenti designati*. Verum non ita certum est hæc generalis resolutio, sicut præcedens particularis, ut mox videbitur n. 113.

§. Dubium hic incidit: utrum ejusmodi votum, vel juramentum pium principaliter editum in

hos

honorem Dei, & simul in utilitatem certæ perficit vel Ecclesiæ, possit ab illa persona remitti, et remissione vovens, vel jurans obligatione sua rari. Ut si quis ob honorem, & amorem Dei vel juravit hunc pauperem alere: ob amorem & Virginis hanc pauperem puellam dotare, & cunctum est, promittentem liberari, si pauper, vel la promissum positivè nolit acceptare, aut acceptatum renuntiet, & respuat. At si promittentem Beneficium quidem non respuat, vel reculerit, quam sibi non acceptum, sed solum nolens promittentem obligare in ejus gratiam remittat, eiobrum reliquat: tunc promittentem liberant probabilitas sanè cum aliis Suar. l.2. de Jumento c. 39. n. 8. Laym. tr. 3. c. 9. n. 5. ea talia quod Deus ejusmodi promissionem acceptet, & facta est, principaliter ad suum honorem, secundariò ad utilitatem hominis: adeoque citimo non obliget, acceptare tamen velit, servetur: secùs, si acceptare nollet. Contra tunc promittentem liberari satis probabilitas mat Navar. c. 22. n. 25. Sanch. l. I. de Matt. § 2. a n. 6. Tamb. l. 3. Dec. c. 7. § 2. alii apud Ratio est: quia tali juramento, licet principali in honorem Dei facto, verè tamen in communi hujus pauperis juratur, & Deus ipse acceptat modi juramentum, vel votum in ordine ad hunc minem, in cuius utilitatem fit: ergo si homo obligare nolit, neque Deus te obligare volerit, illius hominis voluntati satisfactum sit, etiam in ea voluntati, & obligationi erga Deum satisfactum

erit. Sed declaro rem amplius vero casu facto, &  
proposito à P. Gobat Alphab. I. casu 16. de Jura-  
ment. num. 499.

S. Quod vult deus Juramento promisit, se ad 112  
honorem Dei esse donaturum certo Monasterio quin-  
genta scuta, aut imperiales taleros: at postmodum  
pœnitens promissi efficit per intercessionem cuius-  
dam alterius Pralati, ut Abbas cum Conventu re-  
mittat promissum, reddâque syngrapham, quâ se  
obstrinxerat. Quæsumus fuit an Quod vult deus pos-  
sit securè stare illa condonatione? Certè probabilius  
negabit Suar. I. cit. ob rationem datam. At certè  
etiam probabiliter concedet Sanch. I. cit. ac rursus  
I. 3. de jurament. c. 20. n. 7. ac practicè tutum cen-  
sent Tamb. & Gobat. II. cc. Ratio iterum est: quia li-  
cet juramentum illud sit principaliter factum ad ho-  
norem Dei, attamen habuit necessarium respectum  
ad Monasterium, ejusque utilitatem, ac voluntas-  
tem: ergo si Monasterium sine vi, vel fraude juri  
suo cedat, cessat essentialis dependentia à Monaste-  
rio: ergo cessat & ipsa obligatio, ipsumque jus di-  
vinum. Sanè, qui ita votet, non intendit se obli-  
gare Deo in casu, quo Monachi vel recusabunt do-  
nationem tanquam fortassis sementem discordia-  
rum, vel oblocutionum, aut alias sibi incommo-  
dum, vel remittent non inviti ad instantiam media-  
tam, vel immediatam, promisoris: eadem autem  
est ratio de tali juramento pio. Secùs esset, si in  
casu nostro *suprà*, nullus certus pauper, vel puella  
designata fuisset, sed quis indefinite vovisset, vel ju-  
rasset alere aliquem pauperem, vel dotare aliquam  
hone-

honestam puellam : aut si vovissem, vel jurasset  
honorem Dei dare centum aureos pauperibus in-  
terminatis : tunc enim et si hic pauper, vel ista pu-  
lla, vel aliqui ex pauperibus remitterent, non a  
idcirco liber, quia hi non repræsentant alios, &  
sine dubio acceptabunt: neque ullus hic determi-  
natus promissarius assignari potest, nisi ipse Deus  
co omnium pauperum acceptans.

**III.** Insuper ejusmodi vota, & juramenta  
etiam post acceptationem pauperis, vel Ecclesiæ  
cujus utilitatem propter Deum facta est promi-  
sse non solum authoritate Superioris, sed et  
proprio promittentis, vel jurantis arbitrio in me-  
commutari, dando scilicet rem promissam paup-  
er vel Ecclesiæ egentiori, post Rodriguez &  
docet Fagundez tom. 1. in Decal. l. 2. c. 49. Ra-  
nes adferens his omnino verbis. I. *Quia haec*  
& *juramenta principaliter*, ac *ultimatum* in Di-  
*diriguntur tamquam finem Cuius*, & *solum pa-*  
*est finis Cui*, atque *ad eum accessorius*, ac *minus*  
*principalis*; cùm ergo *accessorium sequatur principali-*  
*potest votum propter respectum ac principale in-*  
*mutari in melius propria authoritate*, *nil obstat*  
*acceptatio ejus*, qui fuit *finis accessorius*. II. *Quia*  
*iamsi dirigas intentionem ad hunc peculiarem pa-*  
*perem*, id sit propter Deum, & sic tota ratio pro-  
fessionis est Deus, & per accidens est, quod pauper  
acceptaverit, & quod ius aliquod acquisiverit; accep-  
tavit etiam dependenter à beneplacito Dei, cui  
potest non esse gratius, quod melius est. III. *Quia*  
*omni voto illa conditio est*, *voveo hoc*, *nisi in me*

voluero hoc votum commutare: quam conditionem alterius minùs principais acceptatio tollere nullo modo potest. IV. Quia quā in aliqua Religione proficitur, eam Religio accepit, & tamen potest ad meliorem transire, petitā, et si non obtent à veniā à suo Prelato, adeoque invia Religione; juxta sacros Canones. Cujus rei rationem reddens Cajetanus 2o 2. q. 88. a. 12. dicit in e capite nihil novi Juris statui, sed declarat naturam ipsius voti, nempe posse quempiam votum suinetiam acceptatum in melius sua propria autoritat commutare. Et ratio, cur possit in tali casu praedicari Pralatis, ac Religioni priori, est (inquit Cajetanus) quia non propter illos, sed propter Deum Pralatis, ac Religioni datus est Persona, & propter hoc solius Dei Ratio habetur in hujusmodi commutatione. Hæc, & plura Fagundez. Vids quām probabiliter, ac propè efficaciter. Nisi ergo damnare ita practicantes, et si subinde diligenter, vel doleat.

IV. Ex hac probabili opinione, idem à fortiori 114 dicendum esset, si votum, vel juramentum pium initio factum sit in utilitatem hominis indeterminate, postea primum facta sibi intimatione, acceptantis. Casum proponit, & resolvit Tamb. I. 3. Dcc. c. 7. §. 6. n. 3. Petrus propter amorem, & honorem Deivovit, juravitque ducere, vel dotare aliquam pauperem puellam indeterminate. Item Paulus vovit, juravitque alimenta, vel eleemosynas propter Deum præbere alicui pauperi indeterminate: uterque postea significat certæ puellæ, certo pauperi; & illa, & ille acceptavit gaudens. Potest

THEOL. MORAL. PARS III.

D. d.

titus

418 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. III.  
ritne Petrus ducere, vel ducere aliam puellam; Pa-  
lus alimenta, vel eleemosyam dare alteri pauperi-  
e. Non tantum habentem protestatem Episcopum  
vel Privilegium, hic posse dispensare, vel com-  
mutare, sed ipsummet Petrum, ac Paulum id per  
propriâ authoritate. Quiacum hæ promissio  
directè non nisi Deo factæ sit, non potest pue-  
vel pauper illa validè acceptare, ut ei soli debet.  
Illud enim legitimè, & validè acceptat aliquis  
quod ei promittitur: iis autem determinatæ  
promissum est, sed solùm intimatæ promissio in  
Deo, ut supponitur: ergò eorum acceptatio  
potest præjudicare libertati voventis. Ita quid  
Tambor. meo judicio probabilitate. Sed stando  
videtur communi, & tertiiori Sente[n]tiā an. 16. p.  
posita.

### §. III.

#### *Causa rationabilis commutanti.*

115 Regula generalis bene traditur à P. Marchi  
q. 4. dub. 3. resol. 5. Ad commutationem  
voti in melius, sufficiens causa est sola voluntas  
voventis: in aequale, propensio major voluntatis  
devotionis voventis ad illud aliud: in minus, gra-  
molestia in exequendo voto, aut voventis fragilitas  
aut periculum illud non implendi. Reddo breuiter  
explicatiū.

116 I. Ad commutationem voti in opus manu-  
meliūs, nulla aliarequiritur causa, nisi bona  
luntas voventis. Siquidem opus ipsum Deo  
tius esse, sufficientem causam præbet communia  
di volenti. Optima autem causa erit, si illud

*Sect. IV. Votorum ac Jurament. commutatio, 419*  
pus melius subrogatum sit conducibilis saluti, ma-  
xime ad finem particularem à votente intentum;  
ut sapienter observat P. Gobat h[ic] casu I I. n. 356.  
declarans hoc exemplo. *Qui pro obtainendo dono*  
*castitatis per intercessionem Deipara votit se quo-*  
*tidie orationum parvum Officium de Concepcione Im-*  
*maculata, licet commutabit in votum de faciendo*  
*quotidie accurato examine circa castitatem, & fa-*  
*cienda bona disciplina, quoties cogitatione, verbo,*  
*vel opere deliquerit deliberatè venialiter contra il-*  
*lam Angelicam virtutem. Ratio est; quia si placui-*  
*sti Deo, offerendo ipsi rem minus conducibilem tuę*  
*saluti, & consequenter minus hic & nunc gratiam*  
*illi, cuius voluntas est Sanctificatio nostra, utique*  
*magis placebis offerendo ipsi aliquid, spectatis omni-*  
*bus circumstantiis, manifeste magis futurum ad*  
*znam perfectionem. Sic ille.*

*II. Ad commutationem voti in aliud non ma-* 117  
*nifeste melius, sed quomodolibet etiam æquale,*  
*vel quasi æquale, sive fiat ab habente potestatem,*  
*sive in probabili Sententia ab ipso votente, requi-*  
*ritur aliqua causa rationabilis. Communis DD.*  
*Snar. Sanch. Laym. cirt. Ratio est: quia in tali*  
*commutatione semper aliqua obligatio remittitur,*  
*ut scilicet votum, vel non in propria materia, vel*  
*non in eadem quantitate fiat, ad quam votens se*  
*ex virtute Religionis, ac fidelitatis Deo obstrinxer-*  
*at, sed vel in alia materia, vel minori quantita-*  
*te: quod ut sine omni causa concedatur, ac fiat,*  
*D[omi]n[u]s non potest rationabilitate senseri esse conten-*  
*tit. M.*

D d 2

III.

III. Ad commutationem voti in aliud evide-  
ter æquale, sufficit quæcunque rationabilis cau-  
etiam levis ad Dei honorem, vel utilitatem, a  
consolationem voventis spectans: imò suffici-  
causa est, si vovens majori cum promptitudi-  
ac solatio voti lui debitum in alia materia impa-  
turus sit: aut si instanter commutationem pa-  
ut ejus fragilitati consulatur, etsi nulla adfer-  
causa gravis executionem voti impediens, ve-  
gravans notabiliter. Ac proinde ad commu-  
nem voti in aliud æquale, raro sufficiens cau-  
esse poterit. *Communis DD. apud citt.* C  
enim in tali commutatione nulla sit absoluta  
obligantis remissio, sed illius obligationis in alia  
materiam translatio, quæcunque etiam levis  
sa satis supérque esse debet: idque etiam ver-  
est, etiam si votum: ( sed per habentem pot-  
tem, non propriâ voventis autoritate) com-  
tetur in non evidenter æquale, sed quasi æqua-  
& non notabiliter minus. Quia & parum pro-  
lo reputatur, & in his æqualitatem attingere di-  
cile est: ergo ad Dei benignitatem specht,  
hanc commutationem ex quacunque rationabili  
etiam levi causa fieri posse. Certè quando di-  
tatur, an opus sit æquale, sufficit notabilis ma-  
stia in exequendo, vel magna fragilitas cum  
riculo violandi, vel repugnantia Patris, vel man-  
etiam circa vota non præjudicantia eorum poten-  
ti. *Lessius l. 2. c. 40. n. 105.*

IV. Ad commutationem voti in aliud opus  
quantò notabiliter minus, requiritur, & suffi-

causa gravior, aut impeditns, aut notabiliter aggravans executionem voti. Et generaliter: cum commutatio voti in minus sit dispensatio partialis, & à nemine, nisi habente facultatem dispensandi concedi possit, ideo ad eam requiruntur, & sufficiunt eadem omnino causæ *Assert. 3. §. 1. à n. 38.* positiæ: nimirūm, imperfecta deliberatio, difficultas exequendi, damnum spirituale, vel corporale voventis, majus bonum speratum: tali nimirūm servata proportione: ut, quo causa apparet gravior eò minor fiat commutatio; seu eominus opus bonum subrogetur, quo verò minus gravis apparet causa, eò commutatio major fiat, seu opus bonum majus subrogetur; quæ tamen omnia prudentis iudicio necessariò relinquuntur. Cæterum palam est, nunquam requiri tantam causam ad voti commutationem, quâ obligatio voti non relaxatur totaliter, sed in aliam materiam, et si minores transfertur, quanta requiritur ad dispensationem totalem, quâ obligatio voti absolute, & totaliter tollitur, ideoque omnino gravem requirit causam, & non adeò frequenter occurrentem.

### COROLLARIUM.

**C**ommuntem votum in melius, validum, licitum; **120** & meritorium est. Commutare votum in æquale, vel non notabiliter minus absque omni causa etiam validum, & non nisi venialiter illicitum est: quia est abusus potestatis in re levissima: ut post *Suar. Sancb.* alios, etiam habet Diana p. 2. rr. 16. resol. 8. Commutare votum in notabiliter inæ-

D d 2

æquale,

422 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. III.  
quale, & minus, v. g. jejunium unius diei, in quo  
que Pater & Ave, absque justa causa, sine dubio  
mortaliter illicitum est: quia hoc est abutri potest  
in re gravi, immo potius usurpare potestatem p-  
concessam, cum nulla data sit potestas dispensationis  
sine justa causa, commutatio autem in minus pa-  
tialis sit dispensatio: hoc ipso autem, quod sic co-  
mutans partialiter tantum abutatur potestate.  
Eius dicitur talem commutationem adhuc esse  
lidam, conjunctam tamen cum gravi obligatio  
supplendi id, quod deest ad æqualitatem maius  
subrogatæ ad materiam voti: duclâ nimirum  
litudine à contractu permutationis, aut venditionis  
qui non annullatur ex inæqualitate rei, vel pro-  
cum re; sed solum est onus supplendi id, quo  
æqualitatem deest. Ita Sanchi, l. 4. Mor. c. 1.  
Dicta hactenus eadem ratione intelligenda sum  
commutatione Juramentorum piorum, quando  
habente potestatem, vel ipso jurante commu-  
possunt juxta dicta §. preced. Regula 3.

§. IV.

*Modus competens commutandi*

121 **D**ificultas non est, quando votum commu-  
tin notabiliter minus, cum nimirum &  
causa gravis commutandi, & commutans simili  
testate dispensandi pollet; sed gravis certe diffi-  
citas est, quando commutatio debet fieri in qua  
quippe cum aliqualis quidem, sed non gravis  
causa commutandi, aut commutans nullam dispe-  
ndandi, sed tantum commutandi vota facultatem  
bet, prout concedi solet in Jubileis, iis ordinis  
verbis

verbis: Possunt approbatos Presbyteros eligere, qui  
valeant vota quacunque ab eis emissa, Castitatis, &  
Religionis duntaxat exceptis, in alia pietatis opera  
commutare. Audis: commutare: nihil dispensa-  
re. Pro re satis difficilis praxis pono aliquot velut  
regulas.

**Prima:** Commutatio Regulariter debet fieri in 122 rem æqualem, vel quasi æqualem aut, saltem non notabiliter minorem. *Communis DD. Ratio est:* quia ex una parte *commutatio* vi vocis apud omnes significat æqualitatem: Jura autem, & privilegia non debent extendi ultra verborum proprietatem, & communem acceptationem: Ex altera autem parte, quia *commutatio* non tantum est actus iustitiae respectu voti *commutandi* exigens æqualitatem, sed etiam est actus benevolentiae in favorem, & aliquam alleviationem vorentis; hinc non requiritur æqualitas stricta, & physica (& quis hanc attingat?) sed moralis tantum, scilicet in aliud non notabiliter minus, sed juxta prudentis arbitrium, æquè bonum, ac gratum Deo, etsi reipsa aliquantulum minus. Certè, cùm quilibet propria authoritate commutare possit votum suum in manifestè melius, & secundùm probabilissimam sententiam, etiam in manifestè æquale, nec facultas *commutandi* vota tantum frustrà videatur concessa contrà rationem c. si *Papa. de Privilegiis in 6.* omnino concedendum est, ea facultate pollentem, ob aliquam rationabilem causam quamcunque, posse commutare vota in aliquantò minus, dummodo non ita notabiliter, ut moraliter æquivaleat

D d 4

alicui

424 Tract. III. In II. Præcöt. Decal. Cap. III.  
alicui dispensationi. Ita Lessius l. 2. c. 40. n<sup>m</sup>  
109. aliisque multis cīt. Diana p. 1. tr. 11. n<sup>m</sup>  
40. Tamb. l. 3. Dec. c. 16. §. 5. n. 20. Gobat de  
bil. num. 269. Neque aliud velle videntur San  
l. 4. Mor. c. 54. n. 13. & dii communiter docentes  
vota commutari debere in æquale, vel quasi æqua  
non in minus: quid enim est quasi æquale, nisi  
notabiliter minus, ut moraliter, prudentis iudic  
dispensationi æquiparentur? Est quidem ea  
mutatio quasi contractus inter commutationem  
mine Dei, & voventem, non tamen in eo, requi  
tur tanta æqualitas, qualis requiritur in poli  
commutacione rerum inter homines: quia in hac co  
mutatione nulla intervenit potestas Jurisdictionis  
sicut in nostra commutacione votorum. Un  
fortiori, quando dubitatur de qualitate rei sub  
gandæ voto, nihilominus commutatio optimam  
fieri potest: nam tam parum minus, ut de æquali  
dubitetur, meritò pro nihil reputabitur, et  
alioquin æqualitatem in rebus his moralibus au  
gere perdifficile sit.

123 Secunda. In commutacione voti non est specie  
da sola excellentia virtutis in materia subrogata  
quasi melior esset commutatio, quæ fieret in op  
excellentioris virtutis, sed tantum id spectari  
bet, quod ad honorem Dei, & salutem anima  
nielius ipsi voventi hic, & nunc, seu in his  
cumstantiis personæ, loci temporis, v. g. v  
isti disciplinam ad edemandam carnem; m  
lius commutabitur tibi in jejunium, quam in Ca  
tionem: magis enim ad carnis mortificatione

conducit jejunium, quam Oratio, licet haec sit ex-  
cellentioris virtutis. Sed neque commutatio fieri  
debet necessario in opus aequè difficile, asperum,  
austerum: nam longæ peregrinationes convenien-  
ter commutantur in jejunia, vel Orationes, & ma-  
xime confessiones, Communiones, cum Eleemo-  
synis: magis enim haec conducunt saluti. At-  
que adeò omnia ferè vota personalia regulariter  
commutari in frequentiam Sacramentorum con-  
sultum esto, quia Sacraenta ad salutem voventis  
magis sunt efficacia, quam cætera opera.

*Tertia.* In commutatione votorum, præscin- 124  
dendo à vinculo voti (quippe quod non aufertur, sed  
transfertur tantum in materiam subrogandam) so-  
lum attendenda est ipsa materia voti commutandi,  
non tantum nuda secundum se, sed etiam secundum  
difficultatem implendi, v. g. in peregrinatione la-  
bor & molestiæ itineris, atque facienda expensæ in  
eundo, & redeundo, ut illæ jubeantur dari pauperi-  
bus, aut certè in aliud opus commutentur, si majo-  
res erant facienda in itinere, quam domi. Ita ex-  
pressè c. *Magna de voto.* Ubi dicitur: *Tibi pro te,*  
*& famulis tuis concedimus licentiam, votum pere-*  
*grinationis (Hierosolymitanæ) taliter commutare,*  
*ut expensas, quas fueras in eundo, morando, &*  
*redeundo facturus alicui Religioso committas in*  
*necessarios usus Terra illius sine diminutione aliqua*  
*transferendas.* Docetque communis Doctorum  
Suar. lib. 6. de voto c. 19. num. 19. fine Sanch. l. 4.  
Moral. c. 56. n. 11. Et quoad expensas in itu con-  
sentient omnes Theologi, & Canonistæ. Nam

Dd 5

certè

certe illæ expensæ cadunt intra votum pere  
nandi, nisi expressè quis excluderit, vel mendica  
do ire voverit. At quoad expensas in rebus  
negant Graffis, Henriquez, Rodriq. Angli:  
pud Sanch. cit. eò quod vovens peregrinatio  
voveat itum, non redditum: ergo expensæ in  
ditu faciendæ non indigent commutationem.  
Eto autem c. Pontifex in favorem Terræ Sanc<sup>t</sup>æ  
extraordinario rigore usus videri potest. Ab  
hisne huic Sententiæ gravium DD. denegare  
babilitatem? Hinc ultius in commutatione  
pœnalis simplicis quidem, v. g. si *lufsero*,  
*eleemosynam dare*, &c. solius pœnae, seu ele  
synæ promissæ quantitas attendenda est: At  
in commutatione voti pœnalis duplicitis, v. g.  
*veo non ludere*, & *si lufsero*, dare tantum ele  
syna, &c. utriusque voti materia, nimirum  
bonitas non ludendi, & bonitas eleemosyna  
missæ attendenda erit, & quidem ad qualiter  
moralem, si facto lusu, pœna jam contracta  
si nondum contracta pœna fuit, adhuc sane habe  
da pœna ratio, sed longè inferior, vix ad di  
gium: cum enim nondum incursa sit, sed ab  
ru futuro pendeat, multum à sua gravitate deficit  
moralis estimatione.

425 *Quarta.* Convenientius plerumque est  
personalia commutari in personalia, & realia  
realia. Quia nimirum in votorum communi  
tate, quoad fieri potest, servari debet materia  
qualitas, idemque finis, seu intentio vovens  
quæ plerumque melius servantur pariformes

commutando votum personale in personale v. g.  
votum gestandi cilicium mortificationis gratiā,  
in jejunium: & reale in reale, v. g. votum ædifi-  
candi Ecclesiam, vel Altare, in Eleemosynas, vel  
alias fundationes pias. Item mixta in mixta: v. g.  
votum peregrinationis in jejunium æquivalens fa-  
tigationi itineris, &c. in eleemosynas respondentes  
expensis eo itinere faciendis, juxta dicta num. 119.  
Non tamen necessarium est servare hunc modum  
pariformem in commutandis votis, quin votum  
reale in personale, & contra personale in reale rite  
commutari possit: ut pater c. 2. de voto. Ubi vo-  
tum peregrinationis solis eleemosynis redimitur.  
Nam, ut providè advertit Lessius l. 2. c. 4C. n. 109.  
in commutandis votis principaliter attendendum  
est, quid sit conducibilis saluti voventis: & æqua-  
litas moraliter tantum æstimanda, habito respectu  
ad Dei gloriam, spiritualem voventis utilitatem,  
consolationem, fragilitatem, ne plus æquo grave-  
tur. Quin sæpè expedit (maxime tempore Jubilei,  
quo laxatur sinus Misericordiæ, & Benignita-  
tis Divinæ) ut vota commutarentur in res, quas vo-  
vens solebat ex devotione facere. v. g. quotidiana  
recitationem Rosarii, auditionem Sacri Confessionis,  
& Communionem menstruam alias so-  
litam. Proderit etiam relinquere libertatem, ne de-  
terminato tempore, vel die obligetur, sed in alium  
diem differre, vel supplere possit: aut plura opera  
proponere poenitenti, ut loco sui voti, modò hoc,  
modò illud faciat, modò illo, modò alio die, &c.  
ut sic facilius, & promptius vota sua exequantur  
homini.

428 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. III.  
homines infirmi: uti observant communiter  
*Sanch. Laym. Gobat. II. cc.* Tandem ut Com-  
sarii, præsertim tempore Jubilei expositi, ali-  
bus regulis practicis potius: quām speculan-  
juvare queant, ne vel nimis gravent luos pen-  
tes, vel non sint fideles dispensatores,  
aliquot

*Exempla authentica commutationum  
Votorum.*

126 **E**X Jure, Tit. de Voto, & voti redempti-  
nientes. Votum peregrinationis Hiero-  
solymitanæ cujusdam in pueritia emissum, ita  
rigidius, quām hoc tempore fieret) commutati-  
tivex. Nos autem ipsum à voto, quod in ana-  
nera facilitate potius, quam ex arbitrio disper-  
missit, absolvimus, ita tamen, quod idem  
eleemosynis redimat, & juxta consilium nostrum  
toto viæ suæ tempore uni pauperum Christi (an-  
modò ad hoc sua facultates sufficienter) debeat  
videre Idem votum Hierosolymitanum Epis-  
Trecensis eodem c. magna commutat Pontifex,  
expensas eundo, redeundo, ibique conmor-  
faciendas, integrè in subsidium Terræ Sanctæ  
tat, laborēisque itineris compenset sollicitius in-  
do vigiliis, Orationibus, jejuniis.

127 II. Votum Castitatis ad effectum Matrimoniū  
solet à Pontifice commutari in perpetuum je-  
num certi diei, v. g. friæ sexæ cum competen-  
eleemosyna, vel alio pio opere: sed sine datu  
cum admixta dispensatione. Nam votum ab-  
lytum Religionis, & Castitatis nunquam po-

*Sect. IV. Votorum ac Juramentorum dispensatio. 429*

propriè commutari, cùm omne aliud opus subrogandum minus sit, ideoque semper admiscendam dispensationem, cum aliis notat Sanch. l. 4. *Moral.* cap. 56. num. 41.

III. Votum non ineundi Matrimonium, com- 128  
mutari potest in Confessionem singulis mensibus biennio, aut triennio faciendam, & novem Sacra extra ordinem facienda. Ita *Sanch. cit. n. 42.* At certè meritò alii censem addendum aliquod opus pium in perpetuum, sicut & votum erat perpetuum. Quamquam alioquin voto perpetuo non necessariò opus perpetuum subrogandum esse, dummodò alioquin servetur æqualitas, consentiant DD. communiter.

IV. Voto suscipiendi Sacerdotii subrogari po- 129  
test quotidiana recitatio Officii Beatissimæ Virginis, vel Rosarii: præterea Communio decimo quinto quoquo die obeunda, procurandaque unius Sacri quot mensibus celebratio, & insuper faciendum votum castitatis in statu laicali, vel certè singulis hebdomadibus semel jejunandum. *Viri docti apud Sanc. cit. cap. 43.*

V. Votum peregrinationis pedestris ita commu- 130  
tari potest, ut labor itineris compensetur totidem dierum jejunio; equestris verò, quatuor dierum iter, unius diei jejunio: una cum expensarum saltet eundo faciendarum (juxta dicta supra) in pauperes erogatione. Ita post *Sayrum, Azorium, Angles, alios, Sanch. cit.*

VI. Voto jejunandi omnibus per vitam feriis! 131  
textis ritè substituē Communionem annuam singulis

430 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. III.  
gulis quindenis obeundam, triūmq; Sacrorum  
curationem : vel si mavis recitationem Rosarii  
moderata eleemosyna sextis quibusq; feriis per  
tam vitā. Ita viri docti apud eundē Sanch. *sibid.*

132 VII. Votum jejunandi in pane & aquā pro  
vice iidem Viti docti *sibid.* commutandum ca  
in recitationem integri Rosarii genibus cu  
cum verberatione corporis, vel eleemosyna  
petente facultatibus : aut melius in Confessio  
Communionem, &c. P. Gobat. *Alphab.*  
*voto Casu 13. num. 414.* idem votum solo  
& aquā transligendi singulas ferias sextas cu  
Sacerdoti debili magnam inde difficultatem  
tienti commutavit in prandium cum aqua  
collationem vespertinam cum vino, & ex  
conscientiae vespertinum eo die faciendum,  
octo sequentes dies, si in feriam sextam incide  
junium Ecclesiasticum. Prudenter & salubr

133 VIII. Voto non admittendi peccatum ad  
Castitatem, non fornicandi, non se polluendi  
pius, &c. siquidem voventi multum profi  
tandum impuritatem, recte succedat con  
menstrua per totam vitam: si verò tale votum  
multum prospicit, sed potius oblitus, ideo que  
obstrictus crebro ex fragilitate labatur in pa  
carnis, substituatur recitatio calculorum Virgo  
rum semel quolibet mense per triennium. In  
pienter idem P. Gobat. *de Jubileo c. 42. nro 10.*  
Hæc pro exemplari attulisse satis esto. Si  
prudens Confessarius applicabit ad plures ejus  
di commutationes.

Observationes Corollaria.

**P**rima. Votum & absolutum, & pœnale <sup>i 34</sup> etiam post transgressionem, vel pœnam contractam commutari potest, v. g. vovit quis quotidie Rosarium dicere, vel eleemosynam dare, &c. & longo tempore intermisit: Confessarius privilegiatus, pœnitentiâ pro prioribus transgressionibus impositâ, votum deinceps in aliud commutare poterit, immo, compertâ jam hominis fragilitate, etiam debebit. Item vovit quis se non lusurum, non vinum bibiturum: si secundus faciat eleemosynam certam daturum, vel sejunaturum in pœnam: interea saepius transgrediendo pœnæ obligationem ex voto incurrit, nec persolvit: Confessarius vel habens potestatem commutandi vota ob justam causam, non tantum commutare potest votum quoad obligationem facti & pœnæ in futurum, sed etiam potest commutare obligationem pœnarum præteritis transgressionibus incursarum. Sic contra Navar. & alios Suar. lib. 6. de voto cap. 20. n. 19. Sanch. lib. 4 moral. c. 3 2. n. 10. & c. 56. num. 33. Laym. c. 8. num. 26. Ratio est: quia votum prius magis obligat ad directam materiam, in quam cadit, quam ad pœnam: si ergo possum commutare votum quoad materiam directè promissam, cur non possim quoad pœnam? Quando tamen absolute dispensatur, vel commutatur tale votum pœnale, non censetur dispensata, vel commutata simul obligatio præteritæ pœnæ, nisi exprimatur.

**Secunda.** Facta commutatione voti etiam à <sup>i 35</sup> potestatem habente, liberum est voventi, aut prius

totum

votum exequi , aut opus , in quod prius votum commutatum est: quin etiam ejusdem operis novam commutationem ob causam petere , & obtinere poterit, remanente eadem libertate. Ex communi Lessius lib. 2. c 40. dub. 11. n. 97. Sanch. lib. 4. c. 55. n. 26. & l. 8. de Matr. disp. 9. n. 21. Laym. cit. n. 27. Ratio est: quia quomodo cumque commutatio facta sit , semper facta est in favorem voventis: *Quisvis autem favori suorennatiare potest: & quod in gratiam alicujus conceditur, non est in ejus dispensandum retorquendū.* Regul. 61. in 6. Et quamvis facta commutatione ab habente potestate prius votum fuerit extinctum, tamen ex benigno interpretativo consensu benignissimi Dei presumimus hanc libertatem esse nobis concessam , saltem per modum arbitriæ commutationis : cùm ferè melius sit exequi ipsum votum, quām materiam subrogatam. *Hinc sequitur* ( ait Lessius l. c. ) *si sepius facta sit commutatio, posse servari quidvis illorum, in qua facta fuit v.g. votum peregrinationis annua commutatum est in Menstruum Confessionem: Menstrua Confessio in jejunium hebdmodarium: jejunium hebdmodarium in certas preces quotidianas , potest vovens satisfacere voto , vel precibus , vel jejunio , vel Confessione , vel peregrinatione.* Hæc Lessius.

136 *Tertia.* Facta commutatione voti à potestate habente legitimè in aliud, si istud opus subrogatum postea fiat impossibile , vel inutile , etsi per culpam voventis , vovens tamen omnino liberatur , nequa tenetur redire ad prius votum suum , quippe , quod

per legitimam commutationem jam extinctum est: obligatio enim semel extinta, non reviviscit. *L.*  
*Qui res h. aream ff. de solut.* Docetque communis DD. apud citt. Ut si peregrinatio annua commutata sit in jejunium certorum dierum; iisque diebus sive ob justam causam excusantem, sive ex causa culpabiliter contracta, jejunare nequeas, immo etiam si culpabiliter jejunare negligas, atque pecces, non teneris iterare peregrinationem. Idque etiam locum habet in votis saecularis commutatis in votum solemne Professionis, quae professus, sive sine, sive cum culpa à Religione dimittatur, non tenetur resumere: quia semel vere extinta non reviviscent.

*Quarta:* Qui propria auctoritate votum suum commutavit in aliud opus: aut aliud opus subrogatum jam implevit, aut nondum implevit, aut implere amplius non potest? Si jam implevit opus subrogatum majus, vel aequale, voto jam satisfactum est. Quod si commutasses in minus, tenebris suppelere, quod defuit, nisi malis reassumere prius votum. Si nondum implesti opus subrogatum voto, idque vel majus, vel aequale, poteris praestare, quodlibet, aut opus subrogatum, aut prius votum exequi. Sin autem minus subrogasti, v. g. jejunio votivo Rosarium, jam teneberis, aut addere aliquid operi subrogato ad aequalitatem, aut ipsum prius votum reassumere. Si non potes amplius exhibere opus subrogatum voto v. g. jejunium subrogatum voto peregrinationis, &c. possis autem adhuc exequi ipsum vo-

*THEOL. MORAL. PART III.*      E e      137

tum, omnino teneberis redire ad prius votum. Ratio est: quia per commutationem propria auctoritate factum non transfertur vinculum voti ad rem subrogatam, sed solum per aequipollens satisfit benignissimo Deo: cum ergo ei jam non possis amplius satisfacere per materiam subrogatam, quae tibi impossibilis facta est, consequens est, adhuc urgere vinculum voti tui, quod per tuam commutationem nunquam corruit, sicut corruisset per commutationem legitimæ potestatis Superioris ordinariæ, vel delegatae.

138 §. Dicta quoad modum subrogationis, & materiam subrogatam pariformiter intelligenda sunt etiam in commutatione juramentorum piorum, quando juxta dicta legitimè fieri potest. Attamen quoad peccatum in omissione materiæ subrogata differentia aliqua est notanda. Quod nimis omissens materiam subrogatam voto, semper vere peccet contra votum: quia ex eo, quod qui acceptat materiam subrogatam voto commutato, censetur promittere DEO illam servare, atque adeo consentit transferri vinculum, seu obligationem Religionis ex voto in materiam subrogatam: al vero qui omittit materiam subrogatam juramento legitimè commutato, eo ipso per se non peccat contra juramentum, neque perjuris est: quia rem subrogatam neque juravit, neque, ut suppono, sub novo juramento acceptavit, sed simpliciter loco rei juratae servare promisit: non autem eo ipso, quo promitto aliquid loco rei juratae, immo

*Sect. IV. Votorum ac Jurament. commutatio. 435*

in vim & vicem juramenti ( vulgo an Alyds latt-  
id sub juramento censeor promittere, ut palam est.  
Tenetur ergo talis implere rem juramento subro-  
gatam ex pacto cum commutante, quo rem illam  
loco materiae juratae obligatoriè implendam con-  
sensit. Unde si res subrogata gravis erat, graviter  
contra pactum peccabit omittens : quod si levus,  
& loco rei juratae, levus subrogata, venialiter tan-  
tum, secundum communem. At quid si res levus  
loco rei juratae, vel devotæ gravis subrogata sit :  
v. g. Quinque pater, & Ave pro jejunio? Adhuc  
probabile est venialiter tantum peccaturum omit-  
tentem : supponitur enim ex justa causa rem levem  
subrogatam : & suadet paritas à Pœnitentia Sacra-  
mentalii, quæ si levus sit, licet pro peccatis gravi-  
bus imposta, ex probabili opinione non obligat,  
nisi sub veniali. Hæc de juramentis, & votis fi-  
nio tandem in monito divino

Vovete, & reddite  
Domino DEO Vestro. *Psal. 75. v. II.*

Ee 2

CA-